
3 1761 08122738 1

FONTES
RERUM HUNGARICARUM

(MAGYAR TÖRTÉNELMI FORRÁSOK)

TOMUS I.

MATRICULA ET ACTA HUNGARORUM

IN UNIVERSITATIBUS ITALIAE STUDENTIUM

VOLUMEN PRIMUM

PADOVA: 1264—1864


COLLEGIT ET EDIDIT

DR ANDREAS VERESS

SUMPTUS TOLERAVIT

CAROLUS de HORNIG

S. R. E. CARDINALIS, EPISCOPUS VESPRIMIENSIS



KOLOZSVÁR

«FONTES RERUM HUNGARICARUM»

1915

MATRICULA ET ACTA HUNGARORUM

IN UNIVERSITATE PATAVINA


STUDENTIUM

(1264—1864)

COLLEGIT ET EDIDIT

DR ANDREAS VERESS

(CUM 24 FACSIMILIBUS)



BUDAPEST

TYPIS SOCIETATIS STEPHANEUM TYPOGRAPHICAE

1915


LIBRARY
JUL 17 1964
UNIVERSITY OF TORONTO



PROŒMIUM.

PADUANAE universitatis fama iam antiquis in temporibus Hungariae ad fines pervenit. Universitatem, anno 1222. fundatam, iam 1231. Hungaris frequentabant, sex lustris vero elapsis etiam lauream doctoralem quidam in ea adeptus est. Scripta ob decursum saeculorum obscure solum conspicua nomina 9 Hungarorum studiosorum periodi Arpadianae ad nostram pertulerunt notitiam; sed sub regibus e domo Andegavensi ortis 17 nobis noti sunt, longeque regnantis Sigismundi e tempore 22 iuvenum vestigia exquirere licuit et 31 usque ad Matthiam. Hoc rege favente humanismus nunquam in Hungaria superatam assecutus est gloriam, quare et e permultis, qui ad universitatem Patavinam lubenti animo confluebant, 66 nominatim enumerari possunt. Noli mirari, plurimi enim verisimiliter ab ipso rege, aut praesulibus eruditissimis, magno animo et sublimi praeditis ad exteras missi sunt. Etsi sumptus ingentes et itinerum difficultates quam maximae ante oculos versabantur, his non obstantibus magna animi voluptate ad terras Italas properabant studiorum perficiendorum finiendorumque causa. Sic numerus Hungarorum semper augebatur et quidem ita, ut a temporibus regis Matthiae usque ad cladem Mohácsianam (1490–1526 inter aunum) 60 novos in Patavina universitate studiosos enumerare possumus Hungaros. Primis ergo Universitatis Patavinae tribus ex saeculis (usque 1526) *205 studiosi Hungari* nobis noti sunt, quot iuxta antiqua litteralia instrumenta nec somnio nobis fingere ausi sumus, cum et matriculas universitatis Patavinae ante XVI. saeculum conscriptas temporum iniquitate iam amissas timebamus.[1] Sed peropportune accidit, ut maxima pars earum conservata anno 1884. a viris doctis inventa sit![2]

---

[1] Guilhelmus Fraknói in parte operis sui: «Res scholastica in Hungaria exterisque saeculi XVI.» anno 1873. editi, ubi de Universitate

Post cladem Mohácsianam, studiis ad maiorem adhuc splendorem resurgentibus, evolutione artis typographicae, librisque ubique vili fere pretio disparsis, peregrinationis amor ad exteras gentes magis magisque animo gentis nostrae inhaesit. Faciliora haec itinera ammelioratae res domesticae et fortuna temporalis reddebant, amor vero litterarum e reformatione consequens promovebat. Perplurimi ad Italiae universitates e diversissimis locis confugiunt, Patavinam vero et hac ex causa, quod in ea etiam Romanae Ecclesiae non addicti doctorali laurea cingi potuerint, ut iis temporibus «in collegio Veneto» dicebant, aut coram palatino, qui diplomata nominis subscriptione confirmabat ; catholici enim in ecclesia cathedrali supremum tentamen subibant, coram vicario episcopi eiusque comitatu, priusquam testimonium fidei illibatae dixerunt.[3]

His rebus factum est, quod tam multi nationis Hungaricae iuvenes universitatem Patavinam ad annum 1660. usque frequentabant. Certe et propter eximios peritissimosque magistros saeculi XVI. et XVII. ad eorum verba audienda confluebant, nonnulli enim fere mille studiosos numerabant. Numerus hic postea paulatim deminutus est, tum propter pestis labem diu lateque saeculi XVII. primis decenniis grassantem, tum vero, et hoc magis adhuc considerandum est, quod sive iuxta, vel etiam omisso iure Romano, singulae nationes suae vitae moribusque conformem scientiam iuridicam fovebant sequebanturque. Accedebant bella, angustiae pecuniae, ex altera vero parte, quod prope fines Hungariae etiam aliae universitates florebant. Quare ex annis 120 ad initium saeculi XVIII. solum 40 Hungarorum nomina colligere potuimus. Tunc diligentia *Mariae Theresiae* reginae nostrae universitatem Budensem fovit, facultate medica immo et auxit. Itinera vero solum opulentiores suscipiebant et ex his iterum solum illi, quibus ad hoc facultatem et syngraphas percipere successit. Peregrinationes crebriores fiebant tempore dominii Austriaci, dum Respublica Veneta, urbs ergo et Patavina cum sua Universitate ab anno 1798. ad annum usque

---

Patavina disserit, immo et anno 1879. (Vita Ioannis Vitéz, archiepiscopi Strigoniensis, pag. 11.) affirmat matriculas XV. saeculi studiosorum Patavinensium amissas esse.

[2] Andreas Gloria professor eas in archivo capituli Patavini invenit iisque in concinnando I. volumine operis sui : «Monumenti della Università di Padova» anno 1884. primus usus est.

[3] Vide tabularium examinis Volfgangi Kovacsóczy ex anno 1575, pag. 209—210 huius tomi.

1866. aliquibus exceptis, regimini Austriaco suberat. Sceptro huic subditi iam facilius ad universitatem Patavinam appropinquare poterant, quare nec mirum, si ab anno 1817. ad 1864, sat brevi temporis decursu, 81 Hungarorum nomina in matriculis recentibus invenire potuimus. Ex his 2 in eadem universitate in numerum magistrorum recepti sunt, omissis aliis tribus Hungaris magistris artis medicae, qui etiam hic docebant, dum rebus feliciter actis urbs 24. Augusti anni 1866. liberata, patriaeque reddita novo anno scholari iuventutis Italicae institutionem suscepit !

Materia universitatis Patavinae Hungariam illustrans hucusque adumbrata fere sex saecula amplectitur et quae in ea publicamus, industriae, indefatigati laboris et continui studii quindecim annorum fructus sunt. Fundamenta vere anni 1901. Romae ieci illis Iovis diebus, quibus tabularium Vaticanum clausum est et historiographi operis perficiendi causa in collectionibus Status Italici sollicitantur. Hic minutim perspexi, quae Universitas Patavina typis excusa nobis praebet et omnia notavi, quae ad nostrae materiae plenitudinem aliquid conferunt. Cumque die festo divis Petro et Paulo sacrato portae archivi Vaticani aestate claudebantur, scrutatores vero ad ferias dimittebantur, Paduam inspexi et matriculas scriptaque huius universitatis percurrere studui. Pientissimo animo ex iis nomina Hungarorum exscripsi, sed quia materiam amplam inveni, *quattuor vicibus* studiorum meorum causa huc proficisci sorte beatissima mihi contigit ; plus minusque temporis, quantum circumstantiae concedebant, huic operi sacravi.[4] Nunquam sine ingenti thesauro redii et quia semper finis mei prorsus absolutam perfectionem prae oculis habui, non laboribus, non sumptibus peperci. Finem meum, quantum vires humani admittunt, prosecutus sum ; opus meum continuo labore perfeci. Et cum mihi solae matricularum paucae adnotationes non sufficerent, omnia facta in matriculis, tabulis, commentariis, scriptis, libris editis, epitaphiis, indicibusque vel frontespiciis inventa operi meo adieci. Sic in volumine praesenti chronologiam praesto habes studiosorum Hungarorum universitatem Patavinam frequentantium, quae omnia ad studia vitamque eorum concernentia complectitur. Investigatione mea etiam Croatiae Sclavoniaeque memini, sed omnino praeterii Dalmatiam, ob solutum et intermixtum cum Hungaria nexum, praesertim

---

[4] Patavii commorabar in fine Iulii 1903, diebus 21—30 mensis Iulii 1904, primis hebdomadis Augusti anni 1908. et a 26. Decembris anni 1914. usque ad 12. Ianuarii 1915.

vero, quod huius iuvenes ab illa separatum coetum (nationem) effecerant, nihilque cum Hungaris commune habebant. E Dalmatis solum illos inter nostros numeravi, qui expresse Hungaros se esse fatebantur, ut e. gr. Marinus Ungarus Dalmata anno 1508; sive illos, qui in Hungariam reversi, in illa habitantes nomina sua scriptorum, historiographorumque gloria ornabant, ut Antonius Verancsics, Faustus, eius nepos et alii. Ad iuvenes Fluminenses vero post annum 1779-um solum animum intendi, tum enim civitas Hungariae adnexa est.

Optimum esse duxi materiam paratam etiam cum aliis adnotationibus, quoad studiosorum Patavinensium *academicam peregrinationem* spectantibus perficere, quare ubi potui, ubique iuvenum peregrinationem ex una universitate ad alteram adnotavi. Sic magno labore iuxtaque posita data vitam studiosorum plene illustrantia id quoque nos edocent, quod quam multi etiam ex aliis celeberrimis universitatibus Europae Patavinum confluxerint. In secunda huius voluminis parte epistolae, librorum Patavini editorum procemia, matriculae examinum, diplomata doctoratus et universitatis alia varia documenta officiosa continentur.

Talibus proportionibus est opus meum, cuius fontes sequentibus constructum proponam.

Urbs Patavina et prima universitatis eius periodus 1405. concluditur, quo exeunte (22. Novembris) sub potestatem rei publicae Venetianae redacta est. Materia huius rei a fel. record. Andrea *Gloria* inilla editione grandi proposita est, quae omnia complectitur, quidquid per annos usque continuato labore colligi potuit.[5] Ex hoc opere magnam partem nominum discipulorum Hungaricorum protuli, quae indicibus diplomatariorum domesticorum complevi.

Fontes periodi sequentis sunt tomi sic dictorum Collectorum «Diversorum», quae plus quam centum annos usque ad annum 1513. in archivo Patavino Capituli conservabantur. Tentamen doctoratus scilicet olim in palatio episcopali coram Vicario subierunt et notarius episcopalis acta huius examinis eodem prorsus modo in tabulis consignavit, ac aliam rem ecclesiasticam, vel, quod in curia actum est. Inter diversas res consignata inveniuntur acta examinum, quae diligenti studio atque labore difficili ex sexcentis aliis annotationibus eruenda sunt. Hae tabulae quoad magnam partem mancae

---

[5] Andrea Gloria: Monumenti della Università di Padova (1222—1318.) Venezia, 1884. Continuavit vero I—II. (1318—1405.) Padova, 1888.



Prospectus antiquus universitatis Patavinae.

remanserunt, ita, ut 10—20 annos nihil inveneris annotatum[6] et in annotatis tam raro sunt examina Hungarorum relata, ut de eorum frequenti vel raro numero vix iudicare posses. Nomina relata recte scripta sunt, quia moris erat nomina schedula inscripta consignatori tradere, qui ea in tabulas retulit.[7] Nomina mendose scripta etiam sic occurrunt, sed multo pauciora, quam si nomina oretenus prolata essent. Tomi collectorum «Diversorum» usque ad saeculum XIX. pertingunt, sed ultra dimidium saeculi XVI. notas de doctoratu non continent. Acta enim examinum doctoratus in seriem aliam referebantur, e quibus 40 tomi usque ad annum 1806. restant. At dum tentamina doctoratus primo sine ullo ordine in utraque relata sint collecta, ea postea tantum in tabulis posterioribus consignabant. Inter tomos ipse quoque reperiebam libellos de doctoratu Hungarorum, at solum ab anno 1575. Hi iterum illud memoratu dignum habent, quod et titulos interrogationum et pensarum examinum medicorum continent.

Ab ineunte saeculo XVI. fontes abundantissimi sunt, etiam quod auditores Hungaros adtinet, matriculae plurimae et collecta actorum archivi antiqui universitatis. Horum regestra 1893. perfecerunt et nunc in tomos 774 collecta in bibliotheca universitatis Patavinae conservantur. Secundum catalogum eorum[8] 220 tomos perscrutatus sum, alii vero notis Italicis constant et de discipulis exterarum gentium vix invenitur aliquid annotatum. Relate ad hos maximi momenti sunt matriculae, relate vero ad Hungaros imprimis matriculae *Nationis Germanicae* vel *Alemannae.* Ex his matriculae studiosorum iuris (Iuristarum) 1546, medicorum (Artistarum) vero 1553 incipiunt. Quae archetipa remanserunt, tomis paginis membraneis colligatis, qui secundum dignitatem ordinati sunt constant. Primo loco praenobiles discipuli, deinde nobiles et civiles nomina inscribebant manu propria, adnotantes summam quoque pecuniae, quam in aerarium «Nationis» solvebant. Has annotationes verbotenus cum mendis et erratis exscripsimus. Quod ideo

[6] Indicem edidit Dr. Arnoldus Luschin von Ebengreuth: Quellen zur Geschichte deutscher Rechtshörer in Italien fasc. III. (Wien, 1891.) 22. paginis; sed ab hoc tempore novae matriculae inventae sunt, et sic anno 1915. in finem vergente iam 58 matriculas perscrutare potui.

[7] Talem catalogum schedulis consertum et singulis tomis adnexum videmus; pag. 16—17 autem apud duos studiosos notavimus, qui obliti suos indices tradere, testes eorum notarius episcopalis in protocollum inscribere non potuit.

[8] Giuseppe Giomo: L'archivo antico della Università di Padova. Venezia, 1893.

est animadvertendum, ne id erratum vel mendum putent, neve incuriae et negligentiae exscriptorum tribuant, quod propter characterem autographi non correximus.[9] Caeterum vix errores inveniuntur, quique ut plurimum orthographici sunt et facile corriguntur. Sed non omnes discipuli inscripti sunt matriculis Nationis : quia vel pecunia non suppetebat, vel regulae societatis nimium stringebant, vel quia parentes obstabant, quominus vitae socialis participes sint, quam studio profectuique noxiam esse putabant. Et quia res facultatis auditores ipsi peragebant et matriculas alias, quam, quae a Natione scriptae sunt, non habebant, factum est, ut saepius de discipulis praeclarissimis, si in alicuius Nationis matriculas relati non fuerint prorsus nihil occurrit.[10]

Fontes sunt eximii epistolae discipulorum Patavino domum missae, ex quibus plures in altera parte operis afferuntur. Maioris certe pretii sunt, si ab uno plures epistolae adsunt. Sic e. gr. ab anno 1546. per octo annos quattuor filii Francisci Révay, propalatini Hungariae discebant Patavii et epistolae eorum ad hodiernum usque diem in archivo familiae in Kisselmecz conservantur. In litteratura nostra ab anno 1873. magna pars earum iam nota est, sed ipse autographa perscrutatus sum et notas inde hauriebam. Commendatione Simeonis e liberis baronibus *Révay* frater eius patruelis, Iulius e liberis baronibus *Révay* mihi eas ad opus tradebat ; quibus hoc loco quoque gratias quam maximam refero.

Imaginem claram praebent epistolae Georgii Kornis de Szentpál 1591—93. domum scriptae de studiis et vita Patavii, quae nunc primum in opere nostro in lucem prodeunt. Sed quantum, disciplina universitatis hoc tempore relaxata fuerit, ex epistolis Stephani Szamosközi rescimus.

Disciputi ditiores fructus laborum ac studiorum suorum : dissertationes nempe, vel alia opera litteraria typis quoque ediderunt, et haec quoque fontes pretiosi sunt vitae discipulorum Hungarorum apud exteras gentes. Tituli horum operum iam pridem noti sunt per opera bibliographica et illa sic collecta e diversissimis bibliothecis non solum ut fontes perscrutati sumus, sed et frontes librorum depictas et epistolas dedicatorias in opus

---

[9] Tales errores sunt e. gr. Wetlehemfalva (pag. 52.) pro Betlehemfalva ; Bresburgensis (pag. 67.) loco Presburgensis ; Erdedt (pag. 80.) pro Erdőd ; Sepusiensis (pag. 88.) pro Scepusiensis ; Epperiensis (pag. 113.) pro Eperjesiensis ; Vigessimea (pag. 118.) pro Vigesimae, etc.

[10] Talis est e. gr. Stephanus Báthory princeps Transylvaniae et postea rex Poloniae, qui anno 1549. ad 1553. Patavii studiis vacabat.

nostrum suscepimus. Hoc fecimus una ex parte, quia haec opera rarissima, ne dicam unica sunt,[11] altera e parte typographiae Patavinae notitiam librorum nobis non exigue ditant, quorum bibliographia ad hodiernum usque diem facta non est. Hi libelli praeter praefationes et epistolas dedicatorias claram ostendunt imaginem studiorum humanisticorum et rei litterariae discipulorum Hungaricorum. Antiquissimum horum est opus Sigismundi Torda de Gyalu, quod «Genethliacon» inscribitur, quodque in litteratura Hungarica ne nominetenus quidem notum erat. Huius operis perscrutationem Alexandro e comitibus de *Apponyi*, eiusdem possessori gratam refero. Hucusque exemplaris mendosi orationis salutatoriae Benedicti Gelei de Árkos anno 1639. prolatae solum titulum novimus; autographum exemplar in bibliotheca Musaei Patavinae civitatis reperiebam. Praeter hanc orationem, excepto titulo alicuius dissertationis medicae, librum typis expressum alium usque ad ineuns saeculum XIX. nullum inveni. Ineunte hoc saeculo aliqui libri nonnullorum Hungarorum medicorum apparent, qui specimen exhibent scientiae et laboris et demonstrant, quomodo ibi quoque gloriam et decus Hungari patriae paraverint operibus scientificis. Magna pars horum librorum ignotorum in bibliotheca universitatis Patavinae inventa est, quorum omnium plenam descriptionem et notitiam praebeo.

Nonnulli e discipulis Hungaris Patavii morbo aliquo latente vel contagione abrepti diem supremum obierunt. Ditioribus monumentum parentes erexerunt in templo, quo sepulti sunt, nomina pauperum vero annotatio aliqua nobis conservabat. Antiquissima inscriptio est Gaspari *Horváth* anni 1565. vere defuncti. Usque ad hunc diem conservata est et propria manu descripsi in templo S. Sophiae dedicato, ubi artistae sepeliebantur. Praeter haec nonnullas protuli inscriptiones, sed illarum autographum iam non habetur vel una cum ecclesia deletae sunt, vel in restauratione perierunt.

Scientiam nostram etiam alia monumenta et inscriptiones amplificant : scilicet illae, quae, ut insignia et nomina quorundam consiliariorum depicta in laqueari musaeorum posteritati asservant, aut in aula et atrio universitatis, vel supra porticum eius sunt sculpta, quaeque omnia aedificium universitatis adeo celebre et iucundum reddunt. Antiquissimum horum est Stephani *Gálffy* de Gerend ex anno 1579, inter monumenta lapidea vero, proh dolor !

---

[11] Haec rarissima esse iam ex eo patet, quod ne in Patavinis bibliothecis unicum exemplar investigare potuimus.



Aula magna.



Atrium
Universitatis Patavinae.

nullius Hungari monumentum reperire potui, etsi omnia frustra scrutans atque perscrutans. Insignia sculpta fere omnia affabre facta vel saltem decora sunt, e contra depicta sine ulla arte et etiam in heraldica nullius momenti sunt. Historiographus quidam Patavinus Grotto d'Ero ineunte saeculo elapso multorum annorum labore registrum horum collegit, quod et anno 1841. in lucem est editum,[12] sed caute illo est utendum, quia mendis scatet; autographum ipsum, in quo insignia calamo depicta inveniuntur, erratis pingendi abundat. At nonnullorum discipulorum incolatum Patavinum haec solum demonstrant et sic non sine ullo momento sunt.

Primis 20 annis imperii Austriaci desunt matriculae et tabulae examinum, tantum ab 1817. incipiunt, quae in cancellaria rectoris universitatis Patavinae asservantur. Hae me excepto nulli adhuc mortali usui erant, quae itaque ex illis descripseram, summi sunt momenti atque iucunda. Annotationes eorum Hungaris quam maxime documento esse possunt, quia ex his elucet studiosos medicos Viennenses et Pestinos studia in universitate Patavina perficere voluisse. Sunt, qui diplomate medici insigniti Patavium proficiscuntur et alii, qui ideo universitatem illam petunt, ut diploma medici sibi acquirant, cuius diplomatis pretium et auctoritas ineunte saeculo XIX. etiam apud nos magna fuisse videtur. Inveniuntur etiam studiosi iuris, quorum patres regimen Patavinum serviebant. Nec id preatereundum, anno 1837 unum Hungarum medicum studiosum Iudaeum apparuisse. Deinde Iudaei semper maiori numero Patavium proficiscuntur, praesertim temporibus post annum 1849. tristissimis. Id enim ostendit parentes eorum mercatores difficiles res domesticas non adeo sensisse et sic res quoque politicas facilius tolerasse, quam cives Hungaros iure civili donatos, qui illos Iudaeos vix in regnum suum receperint.

Pauca addenda sunt de fontibus actorum Patavinorum et epistolarum in II. parte operis editarum, quas fine unius cuiusque documenti commemoro. Magnam actorum partem e scriptis Nationis Germanicae universitatis anno 1903. Patavinae descripsi, sed ex his acta medicorum tomis duobus et acta studiosorum iuris uno tomo 1911—12. etiam typis expressa sunt.[13] Integrita-

[12] Luigi Ignazio Grotto d'Ero: Della Università di Padova. Cenni ed iscrizioni. Padova, 1841. (Anonymus.)

[13] Atti della Nazione Germanica Artista nello Studio di Padova. Per cura di Antonio Favaro. I—II. (1553—1615.) Venezia, 1911—1912. Atti della Nazione Germanica dei Legisti nello Studio di Padova. Per cura di Biagio Brugi. I. (1545—1600.) Venezia, 1912.

tis gratia etiam paginas duarum harum editionum Italicarum competentes assigno ; aliquibus locis quaedam etiam correxi in illis. Hae caeterum rarissimae sunt ; ipse omnia acta Nationis inspexi et relate ad Hungaros usus sum illis et sic editio mea maius illis temporis intervallum complectitur.

Partes collectionis meae ne adumbrare quidem possum, tamen aliquas maioris forte momenti partes delineare debeo. Huiusmodi est e. gr. catalogus bibliothecae Augustini *Sbardelat*, praepositi Strigoniensis ex anno 1535 ; ratio expensarum alicuius studiosi Hungari anonymi hungarice scripta ab anno 1552 ; regesta praeclare actorum Georgii *Pálfi*, rectoris Patavini ex anno 1559. cum ordine studiorum facultatis iuridicae. Similiter exponam facta praeclara sub Martino *Berzeviczy* syndico ex anno 1568. Duorum medicorum diplomata affero : Georgii *Schirmer* Cibiniensis ex anno 1579. et Andreae *Pétsi* Claudiopolitani ex anno 1659, quorum textus ad iucundam idoneus est comparationem, quia primum de examine coram Palatino facto, alterum de examine «auctoritate Veneta» editum est. Pro appendice vero adiungo catalogum illorum librorum, quos medici studiosi Hungari recedentes — iuxta praescripta Artistarum Nationis Germanicae — bibliothecae suae Nationi ab anno 1626 consignaverant, respondentibus punctis regularum bibliothecae fundandae.

Epistolae stricto sensu sumptae omnino varietate praeditae sunt et quoad vitam studiosorum Hungarorum ab anno 1560. nobis magni pretii materiam praebent. Extant et antiquiores epistolae, sed illas, cum iam publicatae sint, parcitatis causa, duabus exceptis, praeterire debui. Archiva, quae ad opus meum diligenter perscrutavi, sunt : Archivum Nationale, Musaeum Nationale Hungaricum et Archivum familiae Forgách in *Budapest* asservatum ; Archivum Musaei Nationalis Transylvaniensis in *Kolozsvár ;* Archivum Capituli Transylvaniensis in *Gyulafehérvár ;* Collectio Blotiana in Bibliotheca Aug. Imp. *Viennae* et Archivum antiquum universitatis *Patavinae.*

Ad peregrinationem studiosorum Hungarorum illustrandam duobis ex locis pergrata mihi oblata est materia.

Prima est collectio copiosissima Doctoris Arnoldi *Luschin* von Ebengreuth, professoris in universitate Graeciensi emeriti, viri ornatissimi, de studiosis Germanicis olim in universitatibus Italiae studentibus tractans, quae praesertim ad annum 1630. nullam sibi similem habet. Collector maxima magnanimitate et mira modestia mihi facultatem praebuit ad investigandum, cuius et

grati animo memor sum, cum eius fontium «Collectio mscr. Luschin, Graz» ubique memoriam retineo. Hac collectione perscrutata maxima quiete animus meus impletus est : omnia instrumenta ad finem necessaria a me visa et investigata fuisse. Altera est collectio Ludovici *Kelemen,* professoris in archigymnasio Unitariorum Claudiopolitano, quae ex archivo Ecclesiae Unitariorum multis ignotisque adnotationibus peregrinationem studiosorum adumbravit.

Praeter his sexcentae et variae litterae diplomatariorum exterorum, dispersarum annotationum et diversorum librorum in manus meas venerunt, quas in singulis locis sub nota adiicio, uti eas defluxu quindecim annorum inveni, vel ab aliis mihi oblatae sunt. Epistola Alexandri Sombori ex anno 1591. exempli gratia dr. Robertus *Szentiványi,* professor theologiae Seminarii in Gyulafehérvár inopinate mihi gratum se effecit ; Patavini vero custodes archivorum mihi lubenti animo opes praestiterunt ; postremo et Dionysius *Szittyay* S. J. scriptor Colocensis me in correctura prooemioque in latinam vertendo experta sua charitate adiuvit.

Haec est huius voluminis origo, in quo omnia, Lector Benevole, ante oculos habes, quae de studiosis Hungaris Patavinam universitatem frequentantibus ad nostra usque tempora servata sunt et colligi poterant. Labor certe erat ingens et non sine variis difficultatibus. Inveni enim in matriculis nomina germanice sonantia et «Transylvanus» adnotata, de quibus studiosis solum post longam investigationem certior factus sum, eos e Transylvania Hollandiae Patavinum venisse. Maiorem attentionem exigebant, quae sub nomine «Pannonius Viennensis» legi, qui Austriaci erant, similiter et «Pataviensis» adnotati, qui ex Passau oriebantur,[14] sicuti nec «Fluminensis» respondet urbi Fiume,[15] sed e rivulo urbem Patavinam circumfluenti desumptum est.[16] Maxima ergo diligentia attentioneque opus erat, quare qui natione Hungari non erant, relicti sunt, immo relinquimus et maiores saeculi XVI—XVII. familiae Khuen-Héderváry, qui «Khuen de Bellasi» inscribebantur, cum familia in Austria, non vero in Hungaria habitabat.

Alia ex parte dubiis vexabar, nesciens, utrum operi etiam

---

[14] Erronee ergo Weszprémi in suo opere : Succincta medicorum biographia II. pag. 219. scribit : Antonius Cassoviensis 1524 Patavii studuit ; quia quem ipse nominat, decanus «Pataviensis», non vero Patavinus erat !

[15] Omittendus ergo est in opere Dr. Tiburtii Győry medico-bibliographico, pag. 136. opus Pauli Bagellardi anno 1472 Patavini excusum, cum auctor eius non fuerit ex urbe Hungarica Fiume.

[16] Orsato : Istoria di Padova libri IV. pars I. pag. 325.

illos adiiciam, qui Patavium quidem profecti sunt, sed non studiorum causa, etsi Hungari essent. Rationibus variis convictus et hos inter nostros recensui, cum saepissime scientiam nostram mirum in modum dilatant. Quis est, quem scire non delectet Ludovicum Magnum, regem nostrum quondam gloriosissimum, contra Venetos bellum gerentem, anno 1378. maxima pompa urbem Patavinam intrasse, in qua eius lapis insignitus hodiedum asservatur; quidam sacerdos Hungarus castrensis anni 1359. autumno ibi morte correptus est; Ioannes Capistranus anni 1451. aestate pluribus mensibus magisterii munere fungens millia ad se alliciebat; Ladislaus V. rex Hungariae annorum 12, mense Ianuarii anni 1452. per plures dies ibi commoratur; hic moritur Valentinus Bakfark Transylvaniensis, iuvenum animos lyra artificis manu relaxans, — peste sublatus aestate anni 1576, cuius gloriam tabula incisa illustrabat, etc. Peregrini quoque Hungari Romam ituri Patavium veniunt, quorum nomina oblivioni tradere certe non profuisset.

Dispositio materiae collectae, ut in lucem prodire possit, elucubratioque indicis multum temporis consumpsit. Sed his omnibus superatis desiderium animum meum iam longe exhortans expletum est; ecce, Benevole Lector, prae oculis habes novissimum meum tomum, quae scientiam nostram vix sperato ingentique pondere adauget. Me beatum, cui felicissima sors finem propositum exequi et opere patriae servire contigit. Maximum autem gaudium hoc volumen locupletissime ornatum affert illi, qui sorte futura patriae nec nunc desperans inter varias belli vicissitudines fortunae tranquillo constantique labore aliis prodesse conabatur!

Opus meum sumptibus Caroli Cardinalis de *Hornig*, Episcopi Vesprimiensis in lucem prodit, benignitate et magnanimitate huius viri, quem alia quoque opera typis excusa ubique celebrant. Volumen nostrum huic nomini celeberrimo digno ornatu omni possibili perfectione prodire fecimus. Quodsi aliquid de universitate Patavina postea in archivis invenero, hoc secundo volumini de studiosis Hungaris aliis in universitatibus Italicis tractanti adnectere non cunctabor.

Hoc tomo novum susceptum incipio, nempe: «Fontes Rerum Hungaricarum». Opportunius duxi collectionem meam amplam separare et quae sub nomine «Fontes Rerum Transylvanicarum» edenda mente habui, haec in duplici se invicem complente, tamen in se tota serie publici iuris facio. Una erit *Hungarica* maior, 40 tomis, altera vero *Transylvanica* minor, 15 tomis constans. Quat-

tuor annorum experientia ductus et cum materia collectionis litterariae nomini «Fontes Rerum Transylvanicarum» non omnino responderet, id feci. Neque deerant, a quibus particularismi cuivsdam accusatus fui, quod Transylvania sui iuris potens iam non existat, finem tamen meum exequendum Transylvaniae nomine suscepi. Quod vix iustum quis putabit, cum nec ego Transylvanus sim, — in Békés enim natus sum (quae urbs iam in Hungariae partibus iacet) et in historia Transylvaniae idea hodiedum suo iure gaudeat. Cura et difficultates, quae libros edendos sequi solent, me ad hanc permoverunt separationem; nomen «Hungaricum» plurium attentionem excitabit, pluresque tomos suos facient, quod iterum ad scientiarum maius emolumentum vehementi animo cupimus. Tandem perspectum habemus duplices minores editiones melius crescere posse, quam unam maiorem, cuius 50 volumina non multi eorum videbunt, quorum animi primis tomis allecti sunt.

Sub tutela D. O. M. eiusque potenti auxilio firmiter confisi suscipimus iter nostrum, sicuti quattuor annis ante, cum primum tomum Fontium Rerum Transylvanicarum edidimus. Sub ala Eminentissimi Maecenatis insignibusque novis opus ornatissimum viae suae committimus, sperantes ubique et hoc volumen quattuor prioribus similem laudem consecutum iri. Externa forma ne in minimum mutata publicare incipimus materiam illam amplissimam, quam 25 annorum decursu ex archivis Hungariae exterorumque regnorum congessimus. Huius seriem tomo nostro adneximus, et cum variae gentes et regiones cum Hungaris relationem habebant, quae relatio documentis nostris edendis demonstrabitur, susceptum hoc nunc — in aurea fontibus edendis maxime favente epocha — totius mundi interest eiusque auxilio dignum esse videtur. Non solum, quia materia varia est, sed omnes fontes in *lingua originali*, qua scripti sunt, edentur, notae vero latine subsequentur, vel regestae hungarice praefixae in latina quoque interpretatione textum comitabuntur, ut iam in praesenti volumine exequi incepimus; indices vero ad faciliorem usum latine conficere curavimus.[17] Pro fine notandum esse putamus, quod sicut

[17] In indice omnia nomina *personarum* et *locorum* continentur. Personae vero et iuxta originem dignitatemque in congruenti loco reiterantur, et ut clarius perspici possint, ad nomina annum quoque notavimus, qui si [anguloso parenthesi] circumdatus est, illam personam non ut vivum in volumine nostro enumeratum esse significat, sed modo in aliqua epistola vel opere nominatum. Qui Patavini studiis vacabant, illorum nomina

apud «Fontes Rerum Transylvanicarum», ita et huius tomi latino prooemio ad exteras mittentur!

Kolozsvár, 25. Octobris 1915.

Dr. Andreas Veress.

---

litteris *varioribus*, qui autem modo transeundo Patavini morabantur, eorum litteris semipinguibus impressa sunt. Loci iuxta *officiosam orthographiam* assumpti sunt, in parenthesi autem et antiquiores scriptiones variationesque immo et mutationes subnectimus, in congruis locis haec reiterantes.



I.

MATRICULA ET ADNOTATIONES.

1264 márczius 18. Roma. IV. Orbán pápa a paduai káptalan egyik kanonokává nevezi ki Orbász pozsegai prépostot,[1] a ki később *legum doctor*-ként szerepel.[2]

(Fejér : Codex dipl. vol. IV/3 pag. 229. Pór, Századok 1897 : 781.)

Paduában egyébkint előbb is élt egy magyar főesperes, habár nevét nem tudjuk, a kit a Domonkosrend 1231 körül ottjárt generálisa nagyon dicsért és rendjébe felvett.[3]

[1] Váncsa István prenestei biboros és esztergomi érsek unokaöcscse: Vrbacius (Orbacius) praepositus ecclesiae de Posega, Quinqueecclesiensis dioecesis.

[2] Meddig tartózkodott Paduában ismeretlen, de 1280—1286 közt Erzsébet királyné kanczellárjának írja magát s talán udvarában is élt.

[3] Ezt a rendfőnök (Iordanus de Saxonia) így említi : Iuvenis magni ingenii optime institutus in artibus, de Ungaria, archidiaconus. (Denifle : Die Universitäten des Mittelalters 282.)

1291 június 3. Magister Thomas praepositus ecclesiae Sancti Thomae martiris de promontorio Strigoniensi, scolaris Paduanus.
(Mon. Hung. Hist. Diplomataria XVIII. pag. 15. Pór, Századok 1897 : 782.)

1296 február 7. Roma. II. Jayme aragoniai király írja : Porrecta nobis ex parte Venerabilium . . . canonici Paduensis Gregorii Botonis, Stephani Catastani (?) ac Stephani de Stephano scolarium Ungarorum in studio Paduensi commorantium petitio.

(Finke : Acta Aragonensia 242.)

1308 szeptember 15. In maiori ecclesia Paduana, praesentibus Venerabilibus viris domino Laurentio de Ungaria, rectore scholarium Ultramontanorum[1].

(Gloria : Monumenti No. 629. Pór, Századok 1897 : 770.)

[1] Előfordul mint elnöklő rektor az 1308 október 6-iki szigorlaton is.

1309 július 3. Dominus Johannes cantor Budensis . . . annorum triginta duorum vel circa . . . magis continue habitavit in Buda et in studio Paduae.[1]

(Monumenta Vaticana Hungariae series I. tomus II. pag. 240.)

[1] Ez az adat egy Budán lefolytatott tanuvallomásból való.

1309 augusztus 1. Nicolaus archidiaconus ecclesiae Bachiensis diu studuit Paduae, et etiam legit in cathedra, et in curia Romana arduas causas archiepiscopi et episcoporum plures tractavit.[1]

(Monumenta Vaticana Hungariae series I. tomus II. pag. 335.)

[1] Azonos lehetett azzal a «Nicolaus de Ungaria»-val, a ki mint már nyitrai főesperes 1316-ban a bolognai egyetem rektora volt ; Denifle nyomán Pór, Századok 1897 : 770.

1330 május 7. Paduae in curia episcopatus. Nicolaus de Mathaffaris de Jadra decretorum doctor, canonicus Varadiensis, vicarius Venerabilis patris D. Ildebrandini, Dei et apostolica gratia episcopi Paduani.

(Gloria : Monumenti No. 415. Pór, Századok 1897 : 782.)

1359 január ius 11. Paduae in contrata domus Dei in statione generali ad banchum iuris. Haec sunt acta facta coram discreto et sapientissimo viro domino Johanne praeposito S. Georgii de Strigonio de Ungaria honorabili rectore dominorum Ultramontanorum.[1]

(Gloria : Monumenti No. 1193. Pór, Századok 1897 : 770.)

[1] Egy hónap mulva, 1359 február ius 13-án pedig így említik: Dominus Johannes de Ungaria supradictus rector. (Gloria : Monumenti l. c.)

1359 augusztus 5-én halt meg Paduában s temettetett Szent Antal templomába Óvári Vilmos ciferi plébános, kinek sírkövén papi ruhás alak körül ez a körirat olvasható : † ANNO DN̄I M · CCC · LIX QVINTO DIE MĒS̄IS AVGVSTI OB · DN̄VS WILELMVS DE ALTEMBVRG · Q · PLEBAN · IN CYFER HIC SEPVLTVS ·

(Gonzati : La basilica di S. Antonio II. 59.[1])

[1] A munkában a CYFER helynév hibás olvasással GVFER, helyes azonban szerzőnek ama véleménye, hogy a magyaróvári származású plébános Nagy Lajos Velencze elleni hadjáratában az 1357—58-iki években juthatott a magyar hadakkal errefelé, a hol aztán a halál utólérte.

1360 július 29. Benedictus Georgius praesbiter, capellanus Ludovici regis Ungariae,[1] studens Paduae in iure canonico.[2]

(Monumenta Romana episcopatus Vesprimiensis II. 189.)

[1] Nagy Lajos királynak másik helyi vonatkozása is van 1372-ből, melynek végén, deczember 9-én megbizásából Benedictus capitaneus Hungarus seregével Paduába bevonult, mire a velenczések visszahuzódtak. (Verci nyomán Gloria : Monumenti No. 80.)

[2] Denifle nyomán említi Pór is — kelet nélkül — Századok 1897 : 783.

1361 elején Paduában élt: Michael canonicus Strigoniensis iuris canonici studens.[1]

(Római supplicatioja alapján Kollányi: Esztergomi kanonokok 62.)

[1] Legalább 1361 február 12-én a váczi kanonokságot kéri számára Nagy Lajos király a pápától.

1377 november 10. Paduae in contrata Ruthene. Praesente domino Stephanino, quondam domini Stephani, archidiacono Chrmacie[1] de Isegrab[2]. [1] Kamarcsa. [2] Zágráb.

(Gloria: Monumenti No. 1431. Pór, Századok 1897: 783.)

1377 november 16. Johannes de Ungaria, praepositus Strigoniensis, dominorum Ultramontanorum famosi studii Paduani rector.[1]

(Denifle nyomán Pór, Századok 1897: 771.)

[1] Ez nem más, mint Kanizsai János, a ki legkésőbb 1374-ben érkezhetett a paduai egyetemre, mivel — törvényei szerint — rektornak csakis oly tanulót lehetett megválasztani, a ki már három esztendőt töltött azon az egyetemen. (Pór, Századok 1897: 778.)

1379 január 17. Paduae in contrata S. Martini in hospitio bovis ... praesente ... d. Johannes miles, filius quondam ... comes domini regis Hungariae.[1]

(Gloria: Monumenti No. 1459. Pór, Századok 1897: 787.)

[1] Nagy Lajos király nevére ekkor még a város lakói is élénken emlékeztek, mert 1378 június 26-án 5000 magyar katonája vonult be Paduába az erdélyi vajda, a pécsi püspök és a bosnyák bán vezérlete alatt. (Verci nyomán Gloria: Monumenti No. 87.) A magyar király e diadalára emlékeztet úgylátszik az a (2 m. magas és 1 m. széles) faragott czímere is, mely a «Museo Civico» alsó, udvari folyosója baloldali falába erősítve látható s oda Padua egyik lebontott toronykapujáról került. Ezt azonban ma is Ezzelino Romano czímerének hirdeti az alatta álló múzeumi kőtábla, ámbár maguk az olaszok is rég tudják, hogy az hibás vélemény és arról az alábbi értekezés is megjelent: Francesco *Franceschetti*: Sul creduto stemma gentilizio degli Ezzelini. Bari, 1896.

1379 május 16. Paduae in contrata S. Malgaritae, in domo habitationis honorabilis viri domini Johannis praepositi Strigoniensis, praesente ipso domino Johanne, domino Joanne Stephano archidiacono Zemlinensi,[1] domino Andrea praeposito S. Irenei dioecesis Sirmiensis,[2] procurator ... d. Johannes [de Pensauro] decretorum doctor, lector Zagabriae, custos ecclesiae Chasmensis[3] subprocurator; Nicolaus de Moravcia[4] canonicus Zagrabiensis.

(Gloria: Monumenti No. 1467. Pór, Századok 1897: 783.)

[1] Mendose: Zeniln. [2] Crimiensis. [3] Zazinensis.

[4] Gloriánál: Teramoro (?), a milyen helynév nincsen; holott 1380-ból ismerünk más forrásból is egy «Nicolaus de Moravcia»-t. (Monumenta historica Zagrabiae I. 286.)

1379 szeptember 12. Paduae... praesentibus... Johanne comite nato domini Jacobi spani de Ungaria, in dicto iure [canonico] studente.

(Gloria : Monumenti No. 1473. Pór, Századok 1897 : 787.)

1379 október 17. Paduae in contrata Domi. Praesentatio litterarum apostolicarum... praesentibus domino Johanne de Ungaria, filii domini Stephani, archidiacono Agriensi.

(Gloria : Monumenti No. 1476. Pór, Századok 1897 : 783.)

1382 október 18. Paduae in contrata S. Luciae. Praesente Ser Nicolao quondam Stephani de Sclavonia.

(Gloria : Monumenti No. 1541. Pór, Századok 1897 : 784.)

1382. D. Joannes archidiaconus de Ungaria decretorum doctor.

(Gloria : Monumenti No. 181. Pór, Századok 1897 : 789.)

1386 deczember 7. Paduae in ecclesia maiori, tempore... domino Emerico de Ungaria et domino Gerardo eius socio.

(Gloria : Monumenti No. 1631. Pór, Századok 1897 : 784.)

1387 szeptember 17. Paduae in contrata Domi. Honorabilis ac honestus vir dominus Andreas de Ungaria, archidiaconus Goricensis ac eiusdem et Strigoniensis ecclesiarum canonicus praebendatus, constituit procuratores.

(Gloria : Monumenti No. 1663. Pór, Századok 1897 : 784.)

1390 február 22. Paduae in ecclesia cathedrali. Praesente domino Nicolao de Ungaria, studente in iure canonico.

(Gloria : Monumenti No. 1750. Pór, Századok 1897 : 784.)

1399 június 3. Paduae. Teste Dominico dicto Ungarino quondam Tomaxii, qui fuit de Strigonia.

(Gloria : Monumenti No. 2054. Pór, Századok 1897 : 784.)

1399 szeptember 25. Paduae in maiori ecclesia. Publica doctoratus in iure canonico... praesente domino Petro de Zech, archidiacono Zagabriensi, domino Johanne Johannis de Zamse canonico Varadiensi et Bosniensi... scolaribus iuris canonici.

(Gloria : Monumenti No. 2089. Pór, Századok 1897 : 785.)

1400 január 16. Paduae in maiori ecclesia. Publica doctoratus in scientia iuris civili, praesente Venerabili viro domino Johanne Jacobi praeposito et canonico ecclesiae Transsilvanensis,[1] Venerabili viro domino Johanne Johannis de Zamse canonico ecclesiarum Varadiensium et Bosniensium... studentibus in iure civili.

(Gloria : Monumenti No. 2040. Pór, Századok 1897 : 794.)

[1] Ez (Pór szerint) Szepesi János.

1400 május 10. Paduae in communitatis palatio. Egregius utriusque iuris doctor dominus... constituit suum procuratorem: eximium artium et medicinae doctorem, magistrum Guilielmum filium eximii artium et medicinae doctoris magistri Marsilii[1] de S. Sophia, Serenissimi regis Ungariae medicum, specialiter ad petendum, a Venerabili viro domino Johanne de Scepus[2] olim archidiacono de Doboka, ecclesiae Albensis Transilvaniae et postea episcopo Zagrabiensi[3] omnem pecuniae quantitatem, in qua tenetur ipse dominus Johannes praedicto domino... constituenti.

(Gloria: Monumenti No. 417 et 2103. Pór, Századok 1897: 787, 794.)

[1] Marsilio Grande da Carrara. [2] Irva hibásan így: Siphos.

[3] Erdélyi püspök volt 1402 február ius 10-től 1403 január ius 19-ig s azután (talán 1406-ig) zágrábi; a miből az is kitünik, hogy ez a bejegyzés későbbi, illetve a kötet tisztázat s akkor készülhetett, a mikor ez a tanuló már zágrábi püspök volt.

1400 június 18. Scolares, qui affuerunt absolutioni medicorum: Dominus Dominicus olim rector dominorum Ultramontanorum de Ungaria,[1] dominus praepositus de Ungaria,[2] dominus custos de Ungaria,[3] dominus Johannes de Ungaria.

(Gloria: Monumenti No. 2110. Pór, Századok 1897: 771, 785.)

[1] Ez a Domonkos azonos az 1400 július 26-án előforduló és később (1402 szeptember 10-én) doktorátust tett bodoni Gál-fia Domonkossal és (Pór szerint, Századok 1897: 780.) ekkor tért haza hat évi tanulás után.

[2] Ez (Pór szerint) alighanem Laki Jakab-fia János erdélyi prépost és kanonok volt.

[3] Pór szerint Gál György pécsi őrkanonok lehetett, kinek IX. Bonifacius pápa Zsigmond király és Szepesi János zágrábi püspök kérelmére 1395 október 19-én megengedte, hogy valamely egyetemet látogathasson.

1400 július 26. Paduae in episcopali palatio. Licentia privati examinis in scientia iuris canonici... praesentibus domino Dominico Galli de Ungaria, lectore Varadiensi, olim rectore Ultramontanorum, domino Johanne Jacobi de Lak, praeposito et canonico Tursilvano.

(Gloria: Monumenti No. 2117. Pór, Századok 1897: 785.)

1401 márczius 12. Paduae in episcopali palatio. Publica doctoratus in scientia medicinae, praesente magistro Benedicto de Ungaria, artium doctore.

(Gloria: Monumenti No. 2100. Pór, Századok 1897: 785.)

Ez a magyarországi Benedek nem más, mint «Benedictus de Makra», a ki 1383—87 közt a prágai egyetemen tanult és lett «magister in artibus», 1387 tavaszától kezdve a bécsi egyetemen csillagászati előadásokat tart, 1397-ben pedig a párisi egyetemen tanul tovább

s onnan jött le Paduába, a honnan mint utriusque iuris doctor úgylátszik 1403 nyarán távozott.[1]

[1] Fraknói Vilmos kutatásai; Századok 1894: 387—388. Schrauf: Magyarországi tanulók a bécsi egyetemen 155. Származásáról Karácsonyi János írt; Századok 1905: 40—44.

1401 április 20. Paduae in ecclesia maiori. Publica doctoratus in scientia iuris civili in praesentia domino Dominico de Ungaria.
(Gloria: Monumenti No. 2100.)

1401 május 6. Paduae in contrata Pareanarum. Johannes [Hungarus][1] quondam Petri de Geremia de Ungaria, nunc habitator Paduae.
(Gloria: Monumenti No. 2154.)

[1] Igy fordul elő 1401 november 14-én; Gloria, l. c. No. 2177.

1402 szeptember 10. Paduae in maiori ecclesia. Publica doctoratus in scientia iuris canonici domini Dominici, quondam Galli de Bodon de Ungaria, olim rectoris dominorum Ultramontanorum ... praesente ... domino Johanne filio Johannis de Ungaria, canonico Waradiensi.
(Gloria: Monumenti No. 2206.)

1403 november 10. Paduae in episcopali palatio. Licentia privati examinis in scientia iuris canonici domini Matthaei, filii quondam Petri de Chatolicis de Valvasona Concordiensis dioecesis, plebani Zopole et canonici Vaciensis in Ungaria ... in praesentia domino Johanne Johannis canonico Varadiensi in Ungaria ... domino Hermano Lumeniz, plebano de Louza.[1] [1] Lőcse.
(Gloria: Monumenti No. 2245. Pór, Századok 1897: 785.)

1403 deczember 13. Paduae in ecclesia maiori. Publica doctoratus in scientia iuris canonici ... praesente ... domino Armano de Ungaria[1] scolare iuris canonici.
(Gloria: Monumenti No. 2245. Pór, Századok 1897: 786.)

[1] Tollban maradt *de Lumeniz,* miként az előbbi följegyzésben is szerepelt, miután már 1391-ben szepesi kanonok volt.

1404 augusztus 13. Paduae in maiori ecclesia. Publica doctoratus in scientia iuris canonici domini Armani Lumeniz, filii quondam domini Nicolai de Lumeniz de Ungaria, artium doctoris.
(Gloria: Monumenti No. 2265. Pór, Századok 1897: 786.)

1405 szeptember 12. Paduae in communi palatio. Dominus Paulus de Hungaria episcopus Sirmiensis, habitans Paduae in contrata S. Blasii, constituit suos procuratores dominum ... et

magistrum Johannem Hungarium sartorem — praesentem — ad exigendum a quocumque suo debitore et specialiter a Johanne de Hungaria stipendiario in Padua, omnes ac quascumque res et pecuniarum quantitates sibi debitas.

(Gloria : Monumenti No. 2301. Pór, Századok 1897 : 786.)

1418 április 8. Paduae in palatio episcopali. Licentia privati examinis et publica doctoratus in scientia medicinae Egregii et sapientis viri artiumque doctoris magistri Iohannis Megirling de Cibinio.

(Arch. cap. Pat. Diversorum a. 1416—1419. fol. 149.)

Ez a szebeni Mägerl (Megerlin) János 1402 őszén a bécsi egyetemen tanult, 1406-ban Krakóban, 1409-ben magister és vizsgáló a bécsi egyetemen, hol még 1413-ban is szerepelt [1] s úgylátszik onnan jött le Paduába.

[1] Schrauf : Magyarországi tanulók a bécsi egyetemen 25, 117 et 163.

1430 július 1. Paduae in palatio episcopali. Licentia privati examinis et publica doctoratus in scientia iuris canonici Egregii viri domini Thomae Armeni Michaelis de Buda.

(Arch. cap. Pat. Diversorum a. 1429—1432. fol. 121 [1] et a. 1429—35. fol. 23.)

[1] Ezen a lapon megvan a doktori diploma szövege is.

1433 május 2. Padua. Privati examinis in sacra medicina testis Barnaba de Ungaria scolaris in iure canonico.

(Arch. cap. Pat. Diversorum a. 1433—34. fol. 40.)

1438 július 24. Paduae in episcopali palatio. Licentia privati examinis et publica doctoratus in iure canonico Honorabilis viri et egregii artium doctoris domini Damiani nati Egidii de Ethwes de Hungaria, Vesprimiensis dioecesis et canonici ecclesiae metropolitanae Bachiensis, approbati per dominos doctores collegii Iuristarum . . ., eorum nemine discrepante, sub dominis . . . praesentibus utriusque iuris doctoribus suis promotoribus . . ., quo in doctorem creato per dictum dominum vicarium praedictus dominus . . . ei dedit insignia doctoratus in praesentia domini . . . scolaris iuris canonici vicerectoris etc. Praesentibus . . . Dionisio. Michaelis de Quinqueecclesiis iuris canonici scolaris testibus.

(Arch. cap. Pat. Diversorum a. 1436—1441. fol. 63.)

1440 deczember 12. Paduae in episcopali palatio. Licentia privati examinis et publica doctoratus in iure canonico domini praesbiteri Dionisii, Michaelis de piscatoribus de Mohacz de Ungaria, praesentibus domino Iohanne de Sarlo[1] de Hungaria iuris canonici scholaris teste ; etc.

[1] Mendose : Sardo.

(Arch. cap. Pat. Diversorum a. 1436—1441. fol. 123')

1445 július 10. Paduae in episcopali palatio. Licentia privati examinis et publica doctoratus in iure canonico domini Iohannis filii Clementis de Nagsarlo de Hungaria . . . praesentibus dominis praesbitero Iohanne de Buda, Iohanne de Racus, Nicolao de Bacia et Luca de Tapolza iuris canonici scolaribus, testibus rogatis et aliis.

(Arch. cap. Pat. Diversorum a. 1444—1447. fol. 50.)

1448 február 1. Paduae in episcopali palatio. Publica doctoratus in privato in iure canonico Venerabilis et egregii viri domini Michaelis Ungari de Lyppa . . . praesentibus Venerabilibus Bario praeposito ecclesiae Agriensis,[1] Benedicto de Hethe canonico eiusdem ecclesiae Agriensis,[2] Georgio Zaz canonico ecclesiae Transilvaniensis,[3] Simone de Darwas[4] artium doctore et Iohanne de Beczench,[5] testibus ad haec habitis specialibus et rogatis, et aliis.[6]

(Arch. cap. Pat. Diversornm a. 1448—1449. fol. 17.)

[1—2] Nicolaus Barius egri prépost és Benedek egri kanonok 1447 április 14-én Bécsben tanult. (Schrauf l. c. 101, 141.)

[3] Ez 1439 január 6-án Bolognában tanult és magát «de Enyed de Ungaria»-nak írja. (Friedlaender—Malagola: Acta Nationis Germanicae Universitatis Bononiensis 186.)

[4] Szintén Bécsben tanult 1442 tavaszán. (Schrauf l. c. 92.)

[5] Mendose: Beczenem.

[6] Doktori diplomájának szövege is megvan 1448 május 3-án kiállítva.

1448 április 17. Paduae in episcopali palatio. Licentia privati examinis et publica doctoratus in iure canonico domini Egidii Marci Hungari de Onguar plebani Sancti Petri Apostoli in Albaregali Hungariae... praesentibus Venerabilibus viris dominis Georgio plebano de Sebes, Iohanne Bezench de Hungaria et praesbitero de Septemcastris, testibus rogatis et aliis.

(Arch. cap. Pat. Diversorum a. 1448—1449. fol. 15'.)

1448 május 18. Paduae in episcopali palatio. Licentia privati examinis et publica doctoratus in iure canonico domini Georgii Zas Ungari canonici ecclesiae Transilvaniensis et plebani de Molenbach . . . praesentibus Venerabilibus et egregiis viris dominis Bario praeposito ecclesiae Agriensis, Benedicto de Hethe canonico eiusdem ecclesiae Agriensis, Symone de Darwas artium magistro et Iohanne de Beczencz, testibus rogatis et aliis.

(Arch. cap. Pat. Diversorum a. 1448—1449. fol. 19'.)

1450 február 6. Paduae in episcopali palatio. Licentia privati examinis et publica doctoratus in iure canonico domini . . . praesentibus Sigismundo Lamberger canonico ecclesiae cathedralis

Sagrabiensis, nec non rectore ecclesiae parochialis prope Chreymburgam iuris canonici.

(Arch. cap. Pat. Diversorum a. 1449—1450. fol. 9')

(Arch. Cancellariae Univ. Pat. Matricula.)

1835 deczember 12. Examen I. in medicina Bernardi Bettelheim, natus Presburgo in Hungaria, studuit Pestini 1835. Examen II. fecit 10. Februarii 1836. Lauream doctoris medicinae accepit 28. Februarii 1836.

(Arch. Cancellariae Univ. Pat. Matricula.)

1836 február elején Steer Márton paduai orvostanár alábbi munkája jelent meg Paduában:

Microscopische Beobachtungen über die innere Bauart der Nerven und Central-Theile des Nerven-Systemes. Von Dr. Joseph Berres, Professor der Anatomie an der Wiener Universität. — Esposizione transuntiva delle anatomiche indagini del celebrato autore sul tessuto dei nervi, con illustrazioni e deduzioni fisico-patologiche. Con una tavola in rame.

[Padova, 1836. Coi tipi della Minerva.] Estratto dai Commentarii di medicina del Dr. G. F. Spongia fascicolo di febbraio 1836. (16° pag. 23.)

(Bibliotheca Universitatis Patavinae.)

1836 április 26. Examen I. in medicina Ludovici Kadisch filii Ioachimi, natus Pestini in Hungaria, studuit Pestini et Viennae 1832. Examen II. fecit 5. Septembris 1837. Lauream doctoris medicinae accepit 9. Septembris 1837.

Regulae prophylaticae de gravidis. Dissertatio medico-politica, quam pro Doctoris medicinae laurea summisque in medicina honoribus

ac privilegiis rite obtinendis in antiquissima ac celeberrima C. R. Universitate Patavina publicae eruditorum disquisitioni submittit Ludovicus Kadisch Hungarus Pesthiensis.

Patavii, 1837. Typ. Cartallier. (8⁰ pag. 35.)

(Bibliotheca Univ. Patavinae.–Petrik: Magyarország bibliographiája II. 307.)

1836 június 6-án kelt előszóval adta ki Lippich F. Vilmos paduai orvostanár alábbi paduai munkáját:

Adversaria medico-clinica.

Patavii, 1836. Typis Cartallier. Series I. fasc. I—II. et Series II. fasc. I—II.

Series I. fasc. I. Morbi Lubeanorum anno 1828 observati a Fr. Guil. Lippich, M. D. Urbis Lubeana antehac physico ordinario, nunc in Universitate Patavina praxeos medicae prof. p. o. (Dabam Patavii, 6. Iunii 1836.)[1]

Series II. fasc. I—II. Annales scholae medico-clinicae Patavinae annus 1834—35, 1835—36 et 1836—37.

Ezt követte még alábbi paduai műve:

Nosographologia sive methodus empirico-rationalis historias morborum concinnandi. Auctore F. Guilielmo Lippich M. D. in antiquissima ac celeberrima Universitate Patavina praxeos medicae professore C. R. P. O. Instituti clinico-medici superioris directore etc.

Patavii, 1836. Typis Cartallier (8⁰ pag. 107.)

Ennek első része: «Historias morborum redigendi ordo empirico-rationalis». Utána 1834—35-iki tanévi két előadása következik:

Erysipelas phlegmonosum faciei cum bilioso-catarrhali in subiecto haemorrhoidario.

Erysipelas oedematoso-gangraenosum cruris cum lymphangioitide, phlebitide et nota febris biliosa effectivus, complicatum cum cardiostenosi osteogena, indeque pendente catarrhasthmate; superveniente febris charactere putrido et sialadenitide glossitideque suppurantibus, metasticis.

(Bibliotheca Univ. Pat. — Petrik: Magyarország bibliographiája II. 599.)

[1] Ez I. sorozat II. füzetét sehol sem találtuk meg.

1836 november 5. Carolus Béldi Protestans filius Georgii, annorum 26, natus Coronae in Transylvania, studuit Viennae; in facultate medica anni secundi 1836/37 et anni tertii 1837/38.

(Arch. Cancellariae Univ. Pat. Matricula.)

Hazajőve, 1854-ben Brassóban telepedett le és keresett orvosként működött haláláig, 1880-ig.[1]

[1] Trausch I. 95. et IV. 34. Szinnyei I. 787.

1836 november 26. Ludovicus Rombauer filius Matthaei negotiantis, annorum 21, natus Precopa in Hungaria, studuit Pragae; in facultate medica anni tertii 1836/37 usque ad annum quintum 1838/39. Lauream doctoris medicinae accepit 27. Februarii 1840.

(Arch. Cancellariae Univ. Pat. Matricula.)

1836 deczember 7. Examen I. in medicina Emerici Henszlmann, natus Cassoviae in Hungaria. Examen II. fecit 28. Ianuarii 1837. Lauream doctoris medicinae accepit 29. Ianuarii 1837.

(Arch. Cancellariae Univ. Pat. Matricula.)

Hazatérve, régészetre adta magát. Meghalt 1888-ban. (Szinnyei IV. 707—721.)

1837 június 14. Examen I. in medicina Stephani Mihalowitz. Examen II. fecit 4. Augusti 1837. Lauream doctoris medicinae accepit 27. Augusti 1837. (Arch. Cancellariae Univ. Pat. Matricula.)

1837 november 14. Ioannes Garay Augustanus filius Matthiae, annorum 21, natus Miskolcz in districtu Borsod in Hungaria, studuit Pestini, in facultate medica anni tertii 1837/38. Lauream doctoris medicinae accepit 15. Martii 1841.

(Arch. Cancellariae Univ. Pat. Matricula.)

Hazajőve, Pesten mint homoeopathikus orvos vált hiressé. Meghalt 1882-ben. (Szinnyei III. 1015.)

1837 november 17. Guilhelmus Mandello Israelita filius Bernardi, annorum 21, natus in Madarász in Hungaria, studuit Pestini; in facultate medica anni secundi 1837/38.

(Arch. Cancellariae Univ. Pat. Matricula.)

1837-ben adta ki Lamprecht Rudolf paduai orvostanár Paduában a szülésznők számára írt alábbi munkáját:

Manuale di ostetricia teorica e pratica per le alunne levatrici. Parte I e II. — Padova, 1837—40. Coi tipi della Minerva. (8° due volumi.)

(Bibliotheca Universitatis Patavinae.)

Lamprecht Rudolfnak, 1856-ban bekövetkezett haláláig egyéb munkája is van, de itt csak a Paduában megjelenteket vettük figyelembe.

1838 november 6. Ioannes Weiss filius Hermani negotiantis, annorum 24, natus in Lugos in Hungaria, studuit Viennae; in facultate medica quinti anni 1838/39.

(Arch. Cancellariae Univ. Pat. Marticula.)

1838 november 9. Carolus Polak filius Emanuelis negotiantis, annorum 21, natus in Baja in Hungaria, studuit Viennae; in facultate medica tertii anni 1838/39.

(Arch. Cancellariae Univ. Pat. Matricula.)

Hazatérve, 1839-ben avattatott orvossá a pesti egyetemen. (Petrik.)

1838 november 19. Georgius Koch filius Caroli medici militaris, annorum 21, natus Comaromii in Hungaria, studuit Patavii; in facultate iuridica primi anni 1838/39 et 1839/40.

(Arch. Cancellariae Univ. Pat. Matricula.)

1838. Ioachimus Pauletich filius Georgii negotiantis, annorum 23, natus in Fiume, studuit Zagrabiae; in facultate medica primi anni 1838/39. (Arch. Cancellariae Univ. Pat. Matricula.)

1840 július 16. Doctoratus in medicina Ignatii Markstein filii Natalis, natus in Szered, Hungaria.

(Arch. Cancellariae Univ. Pat. Matricula.)

Hazajőve, Pesten telepedett le. (Szinnyei VIII. 654.)

1840 szeptember 6. Doctoratus in medicina Ladislai Samuelis Glósz filii Samuelis, natus in Tolcsva, Hungaria.

(Arch. Cancellariae Univ. Pat. Matricula.)

1840 november 6. Raimondus Peschko filius Francisci functionarii, annorum 18, natus in Fucina in Croatia, studuit in Feltro; in facultate iuridica primi anni 1840/41 usque ad annum 1843/44.

(Arch. Cancellariae Univ. Pat. Matricula.)

1840 november 27. David Reiner Israelita filius Iacobi negotiantis, annorum 24, natus Maria Theresiopoli in Hungaria, studuit Pestini; in facultate medica primi anni 1840/41. Lauream doctoris medicinae accepit 27. Iulii 1850.

(Arch. Cancellariae Univ. Pat. Matricula.)

1840 november 30. Mauritius Deutsch Israelita filius Davidis negotiantis, annorum 26, natus Vesprimii in Hungaria, studuit Viennae; in facultate medica tertii anni 1840/41.

(Arch. Cancellariae Univ. Pat. Matricula.)

1841-ben távozott Paduából dr. Lippich Ferencz Vilmos, a mikor a bécsi egyetem egyik orvosi tanszékére hívták meg.

(Wurzbach: Biographisches Lexikon XV. 230.)

1842 június 12. Examen levatricis Agnetae Dian filiae Antonii Königsegg, nata S. Andrea in Hungaria.

(Arch. Cancellariae Univ. Pat. Matricula.)

1842 november 15. Doctoratus in medicina Iosephi Reiner, filii Iosephi, natus Szegedini in Hungaria.

(Arch. Cancellariae Univ. Pat. Matricula.)

1842 november 21. Fabianus Seegar Israelita filius Iacobi, annorum 26, natus in Mezőkövesd in Hungaria, studuit Viennae; in facultate medica quinti anni 1842/43.

(Arch. Cancellariae Univ. Pat. Matricula.)

1843 augusztus 24. Doctoratus in medicina Aronis Kaczander filii Iacobi, natus in Miskolcz et Fabiani Sugár[1] filii Iacobi, natus in Mező Kövesd, Hungaria.

(Arch. Cancellariae Univ. Pat. Matricula.)

[1] Vizsgája után Bécsben telepedett meg s onnan 1853-ban Pestre jött, a hol 1890-ben meghalt. (Szinnyei XIII. 106.)

1843 november 28. Emericus Maresch filius Martini, annorum 28, natus in Krapina in Croatia, studuit Patavii; in facultate theologica tertii anni 1843/44 et 1844/45.

(Arch. Cancellariae Univ. Pat. Matricula.)

1845 november 10. Andreas Rubena filius Vincentii, annorum 18, natus in Fiume in Hungaria, studuit in Fiume ; in facultate medica primi anni 1845/46.
(Arch. Cancellariae Univ. Pat. Matricula.)

1846 november 1. Iacobus Berger filius Marci negotiantis, annorum 20, natus in Possa in Hungaria, studuit Viennae ; in facultate iuridica tertii anni 1846/47.
(Arch. Cancellariae Univ. Pat. Matricula.)

1846 november 3. Stephanus Franic filius quondam Georgii civilis, annorum 22, natus in Seltze in Littorale Hungarico, studuit Zagrabiae ; in facultate theologica primi anni 1846/47.
(Arch. Cancellariae Univ. Pat. Matricula.)

1846 november 29. Alexander Kleinkind filius Lazari negotiantis, Pestiensis, annorum 26, natus in Kanizsa in Hungaria, studuit Viennae ; in facultate medica secundi anni 1846/47.
(Arch. Cancellariae Univ. Pat. Matricula.)

1846. Iosephus Luckenits filius Adami mercatoris, annorum 28, natus in Sümeg in Hungaria, studuit . . . in Hungaria ; in facultate medica primi anni 1846/47 et 1847/48.
(Arch. Cancellariae Univ. Pat. Matricula.)

1847 november 4. Emericus Mandl filius Salamonis negotiantis, annorum 24, natus in Aszód in Hungaria, studuit Pestini et Viennae; in facultate medica tertii anni 1847/48.
(Arch. Cancellariae Univ. Pat. Matricula.)

1847 november 5. Examen levatricis Antoniae Cammerata filiae Rudolphi Lamprecht, nata Zagrabiae in Croatia.
(Arch. Cancellariae Univ. Pat. Matricula.)

1847 november 15. Franciscus Fessler filius quondam Francisci hortulani, annorum 19, natus Presburgi in Hungaria, studuit Presburgo ; in facultate iuridica primi anni 1847/48.
(Arch. Cancellariae Univ. Pat. Matricula.)

1848 januárius 18. Ioannes Kozschuba filius Ioannis functionarii, annorum 26, natus in Podrecs in Hungaria, studuit 1839/40 Pestini ; in facultate medica primi anni 1847/48.
(Arch. Cancellariae Univ. Pat. Matricula.)

1848 november 27. Examen levatricis Paulinae Salvani filiae Ioannis Angeli, nata in Puth[nok] in Hungaria.
(Arch. Cancellariae Univ. Pat. Matricula.)

1849 márczius 26. Ioannes Nepomucenus Wenighoffer filius Antonii functionarii, annorum 20, natus Temesvarini in Hungaria, studuit Veronae; in facultate iuridica primi anni 1848/49 et 1849/50. (Arch. Cancellariae Univ. Pat. Matricula.)

1850 január 26. Doctoratus in medicina Petri Pauli Keresztény filii Iosephi, natus Csejtha in Hungaria, iam magistri in chirurgia et obstetricia.
(Arch. Cancellariae Univ. Pat. Matricula.)

1850 augusztus 20. Doctoratus in medicina Simonis Brück filii Marci, natus Pestini in Hungaria.
(Arch. Cancellariae Univ. Pat. Matricula.)

1850 szeptember 2. Doctoratus in medicina Ludovici Kornhoffer filii quondam Iosephi, natus in Német Boly, comitatus Baranya in Hungaria, laureatus in medicina Pestini 21. Iulii 1848.
(Arch. Cancellariae Univ. Pat. Matricula.)

1850 november 18. Doctoratus in chirurgia Caroli Atzinger filii Ferdinandi, natus Sanctae Crucis in Hungaria, laureatus in medicina Pestini 25. Iunii 1848.
(Arch. Cancellariae Univ. Pat. Matricula.)

1850. Sigismundus Ehrenfeld filius Simonis negotiantis, natus Nitriae in Hungaria, studuit Viennae; in facultate medica quinti anni 1850/51. Lauream doctoris medicinae accepit 3. Februarii 1852. Examen in chirurgia fecit 18. Iunii 1852.
(Arch. Cancellariae Univ. Pat. Matricula.)

1851 február 15. Doctoratus in medicina Amadaei Georgievits filii Ioannis, natus in Eszék, Hungaria.
(Arch. Cancellariae Univ. Pat. Matricula.)

1851 május 13. David Pillitz Israelita filius Iacobi possessoris, annorum 27, natus Vesprimii in Hungaria, studuit Berolini; in facultate medica primi anni 1850/51 usque ad quintum annum 1854/55. Lauream doctoris medicinae accepit 26. Iunii 1856.
(Arch. Cancellariae Univ. Pat. Matricula.)

1851 május 28. Ludovicus Janni filius Ioannis civilis, annorum 25, natus Albaregali in Hungaria, studuit Viennae; in facultate medica quinti anni 1850/51. Lauream doctoris medicinae accepit 21. Ianuarii 1852. Examen in chirurgia fecit 26. Maii 1852.
(Arch. Cancellariae Univ. Pat. Matricula.)

1851 július 15. Doctoratus in medicina Petri Mádai filii Petri, natus in Halas in Hungaria, creatus magister in chirurgia Viennae 29. Martii 1846.
(Arch. Cancellariae Univ. Pat. Matricula.)

1851 augusztus 5. Doctoratus in medicina Leonis Altmann filii Isaci, natus Cassoviae in Hungaria.

(Arch. Cancellariae Univ. Pat. Matricula.)

1851 augusztus 19. Examen magisterii in chirurgia Ioannis Alberti Taussig filii Iacobi, natus Pestini in Hungaria, iam chirurgus minor.

(Arch. Cancellariae Univ. Pat. Matricula.)

1852 február 7. Doctoratus in medicina Sigismundi Reiner filii Iosephi, natus Szegedini in Hungaria.

(Arch. Cancellariae Univ. Pat. Matricula.)

1852 február 21. Doctoratus in medicina Caroli Bechtinger filii quondam Francisci, natus Hum in Croatia. Magisterium in oculistica accepit 16. Iunii 1852. Examen in chirurgia fecit 18. Iunii 1852.

(Arch. Cancellariae Univ. Pat. Matricula.)

1852 április 19. Doctoratus in chirurgia Ludovici Bobor filii Caroli, natus Nagy Szent Miklós in Hungaria. Laureatus in medicina Pestini 23. Maii 1852.* Doctoratus in medicina accepit 21. Augusti 1852.

(Arch. Cancellariae Univ. Pat. Matricula.)

* Csodálatos, mert doktori értekezése már 1846-ban megjelent Pesten. (Petrik.)

1852 deczember 30. Iosephus Hodosiu Graecus non unitus filius Basilii civilis, annorum 20, natus in Mező Bánd in Transilvania, studuit Viennae 1852; in facultate iuridica quarti anni 1852/53. Examen I. fecit 8. Iunii 1853, examen IV. (ultimum) 7. Ianuarii 1854. Doctoratus in iure 10. Ianuarii 1854.

(Arch. Cancellariae Univ. Pat. Matricula.)

1852 [deczember 30.] Alexander Papiu (Popovici) Graecus non unitus filius quondam Ioannis negotiantis, annorum 24, natus in Mező Bánd in Transilvania, studuit Viennae 1851; in facultate iuridica quarti anni 1852/53. Examen I. fecit 1. Iunii 1853, examen IV. (ultimum) 7. Ianuarii 1854. Doctoratus in iure 10. Ianuarii 1854.

(Arch. Cancellariae Univ. Pat. Matricula.)

1853 november 8. Doctoratus in medicina Theodori Monasteriotti filii quondam Theodori, natus Fiume in Hungaria.

(Arch. Cancellariae Univ. Pat. Matricula.)

1853 november 10. Franciscus cav. Dall'Asta filius quondam Xaverii, natus Fiume in Hungaria; in facultate medica.

(Arch. Cancellariae Univ. Pat. Matricula.)

1853. Maximilianus Budinich fuit professor theologiae pastoralis usque ad annum 1857, quando intravit in Societatem Jesu.

(Arch. Cancellariae Univ. Pat. Elenchus professorum.)

1854 április 7. Iosephina Porto filia Laurentii Zucanelli, annorum 21, nata in Fiume in Croatia ; in facultate medica primi anni 1853/54.

(Arch. Cancellariae Univ. Pat. Matricula.)

1855. Iacobus Barissich filius Gregorii, annorum 29, natus Buccarii in Croatia, studuit Patavii ; in facultate iuridica secundi anni 1855/56.

(Arch. Cancellariae Univ. Pat. Matricula.)

1857 november 16. Romualdus Medanich filius quondam Georgii, annorum 19, natus in Fiume in Croatia, studuit Patavini ; in facultate iuridica tertii anni 1857/58.

(Arch. Cancellariae Univ. Pat. Matricula.)

1859 június 30. Doctoratus in chirurgia Aurelii Plech filii Ioannis, natus Szent Iván in Hungaria.

(Arch. Cancellariae Univ. Pat. Matricula.)

1861 augusztus 19. Examen in chirurgia Leopoldi Grossmann filii Bernardi, natus Pestini, laureatus in medicina Pestini 26. Aprilis 1856. Creatus magister in obstetricia Viennae 24. Iulii 1856.

(Arch. Cancellariae Univ. Pat. Matricula.)

Hazatérve, Pesten telepedett le és jeles szemészszé vált. (Szinnyei III. 1504.)

1861 augusztus 27. Doctoratus in chirurgia Iosephi Gabel filii Georgii, natus Nitriae in Hungaria. Laureatus in medicina Viennae 18. Iunii 1858.

(Arch. Cancellariae Univ. Pat. Matricula.)

1863 augusztus 21. Doctoratus in chirurgia Leopoldi Lemberger filii Iosephi, natus Posonii in Hungaria. Laureatus in medicina Pestini 29. Martii 1847.

(Arch. Cancellariae Univ. Pat. Matricula.)

Hazajőve, Baján telepedett le és halt meg 1876-ban. (Szinnyei VIII. 1017.)

1863 augusztus 21. Doctoratus in chirurgia Alexandri Popper filii Salamonis, natus in Makó in Hungaria.

(Arch. Cancellariae Univ. Pat. Matricula.)

1864 január 9. Georgius Sredoje filius quondam Moisi, annorum 22, natus in Eszék in Hungaria, studuit in Sárospatak ; in facultate iuridica primi anni 1864/65.

(Arch. Cancellariae Univ. Pat. Matricula.)

II.

ACTA ET EPISTOLAE.

1.

Padova, 6. Iulii 1508.

Natio Germanica Iuristarum de supplicatione Marini Hungaro Dalmatae.

Die Iovis 6. mensis Iulii Paduae super sala Imperatorum in curia Magnifici domini capitanei. In praesentia Magnificorum dominorum rectorum Paduae Bertholamaei Minio potestatis et Petri Barbi capitanei, necnon Magnifici domini Imberi de Lavoxe generalis Almae Universitatis Dominorum Iuristarum vicerectoris convocata et congregata fuit tota Universitas Iuristarum more solito pro causa supplicationis Spectabilis iuris scolaris domini Marini Ungari Dalmati dominis consiliariis, porrecta et admissa et per alios viginti confirmata, iuxta formam statutorum praedictae Universitatis. In quaquidem convocatione interfuerunt convocati et congregati scolares Ultramontani No. quinquaginta-octo, quibus lata fuit supplicatio ultrascripta et illico unaquaeque natio devenit ad electionem electionarii sui, iuxta formam statutorum, et [fuit electus in] Ungara : D. Petrus Italicus Ungarus, sine concurente.

Magnifice vicerector Patavinae Academiae dominorum Iuristarum omnium florentissimae, vosque nobiles ac honorandi consiliarii.

Ego Marinus Ungarus Dalmata minimus utriusque iuris scolaris iuxta formam statuti libri quarti c[apitul]o XXXIIII. Dominationibus Vestris humillime supplico, quod cum universis scolaribus gratissimum videatur : non obstante statuto libri primi capitulo ... quo cavetur aliquem uxoratum rectorem eligi non posse, in proximo anno rector proponi possim et hoc ob factiones et scandala, quae iam sequuta fuerant quaeque indies augebantur, ac non solum vulnera, verumetiam caedes minitabantur. Ad quae extinguenda pro commodo totius universitatis aspiravi, totisque viribus extinguere conatus sum, quaė omnia, Deo fautore : iam vana redacta[1] sunt ; quaeque ne denuo resurgant, et, ut plurimorum precibus obtemperem, iterum, ut supra Dominationibus Vestris humillime supplico.

Qui omnes electionarii sic per nationes suas electi more solito, audita supplicatione dicti domini Marini et intellecta admissione supplicationis per Magnificum dominum vicerectorem et consiliarios, et postea per alios viginti, quarumlibet nationum confirmata, exaudito statuto de electione rectoris quomodo[2] et quales debeant eligi rectores, et viso etiam statuto libri quarti de revocatione statutorum et gratiis fiendis contra statuta et intellectis omnibus actis et actituris solemniter in praesenti materia supplicationis servatis et praefatis dominis electionariis mandato Magnificorum dominorum rectorum delato iuramento, ut ballotant secretum et non aperte et unisquisque diriget vota sua, iuxta conscientiam suam pro honore et utile studii. Tandem decreverunt ad ballotationem utrum dicta supplicatio per dictum dominum Marinum Ungarum praesentata esset ei concedenda vel non. Quaequidem supplicatio fuit admissa et concessa in omnibus et per omnia, ut in ea legitur per omnes ballotas,[3] nemine penitus eorum dissentiente pro hac vice tantum.

(Arch. Ant. Univ. Patavinae vol. 3. fol. 35—37.)

[1] Mendose : in uade redactae. [2] Comodo. [3] Balotas.

2.

Padova, 1. Augusti 1534.

Natio Germanica Iuristarum de electione rectoris et consiliariis Hungaris Thomae Bakócz et R. Augustini Sbardelat praepositi Strigoniensis.

In Christi nomine Amen. Anno currente eiusdem nativitatis Millesimo quingentesimotrigesimo quarto, indictione septima, die Sabbati, primo Augusti, Paduae in curia Magnifici domini capitanei super sala imperatorum. In praesentia Magnifici et Clarissimi domini Marci Barbadico capitanei cum praesentia et assistentia Spectabilium dominorum iudicum victualium et aquilae, Magnifici et Clarissimi domini Petri Landi Paduae praetoris dignissimi non volentis interesse aegritudine impediti, nec non et Magnifici domini Hinrici de Palladinis de Liesina, almae universitatis dominorum Iuristarum Paduae et Patavini gymnasii rectoris dignissimi, convocata tota alma universitate Iuristarum causa eligendi et creandi novum rectorem, iuxta formam statutorum et litterarum ducalium : prius expulsis omnibus, qui non sunt de universitate mandato praedicti Magnifici domini rectoris, fuerunt vocatae infrascriptae nationes de una in unam ad eligendum electionarios suos, qui eligant rectorem more solito, quoniam

praedicti Magnifici domini rectores decreverunt nolle aliter audire oppositiones quum iam elapsus sit terminus audiendi oppositiones, et primo Natio Alemanna No. 53 . . . Ungara No. 3 D. Thomas Bacotius sine concurrente . . . Quibus sic peractis, antequam deveniretur ad ballotationem supplendarum, dominus Hyeronimus Ferramuscha dixit, quod fuerant male electi electionarii nationum Ungarae et Cathelanae, attento, quod nationes ipsae fuerunt supplendae, quia sunt solummodo tres pro natione et sic contra formam statutorum et litterarum ducalium et rogatorum et sic petiit dictas nationes ballotari per totam universitatem, ut aequum est. Et tandem post multa visis litteris, statuto et reformationibus, Magnificus dominus capitaneus dixit et sententiavit, quod dictae nationes ballotentur per totam universitatem, sic etiam concurrente consensu Magnifici domini potestatis ex relatione sui specialis domini iudicis victualium: Et ita mandavit ballotari. Et illico fuerunt vocatae nationes ultramontanae et citramontanae ad eligendum electionarios ad supplendas, et de una in unam datis suffragiis fuerunt electi infrascripti: *In Ungara* D. Augustinus praepositus Strigoniensis, sine concurrente, cui praepositioni et electioni Magnificus dominus rector non consensit attento, quod iam erat electus dominus Thomas Bacotius electionarius, iuxta formam statutorum nemine eo tunc contradicente. Clarissimus autem dominus capitaneus dixit et declaravit dictam electionem in personam praedicti domini Thomae factum esse nullam et quod iterum tanquam supplenda debeat ballotari per totam universitatem, iuxta formam statutorum, attento maxime, quod electio dicti domini Thomae facta fuerat non visis statutis et ideo fuerat suspensa ipsa electio per ipsum Magnificum dominum capitaneum usque, quo viderentur litterae ducalium et statuta. Et sic idem Magnificus dominus capitaneus iussit et mandavit praedicto Magnifico domino rectori, ut exinde non audeat discedere, quoniam volebat se ex dicto loco absentari, sub poena ducatorum quinquaginta, et quod omnino creari debeat rector novus. Nec non D. Hugo Pouerg vicarius praedicti Magnifici domini rectoris, nomine dicti domini Thomae Bacotii sic electionarii, ut antea electi protestatus est, quod non posset eligi praedictus dominus Augustinus Sbardelat attento, quod non est Ungarus stante iuramento dato praedicto domino Thomae per dictum Magnificum dominum rectorem et iuxta formam statuti, et sic protestatus fuit de nullitate omnium actorum et agendorum. Quam protestationem praedictus Clar^{mus} dominus capitaneus noluit admittere,

immo ipsam tanquam frivolam et cavilosam renuit attento, quod praedictus D. Augustinus Sbardelat est matriculatus in natione Ungara et bis hodierna die ballotavit in ipsa natione coram praedictis Clarissimo domino capitaneo, rectore et ipso vicario, ipsis contentantibus et non contradicentibus: attento etiam, quod delatum fuit iuramentum ipsius domini Augustini, quo iuravit se esse Ungarum, et sic iussit procedi ad electionem electionarii dictae nationis Ungarae ad hoc, ut creari possit rector iuxta formam statutorum et litterarum, non obstantibus dictis frivolis oppositionibus. Et iterum idem Magnificus dominus capitaneus iussit dicto Magnifico domino rectori sedere penes se et non discedere, sub poena iam imposita ducatorum quinquaginta.

Qui quidem Magnificus dominus rector dixit velle parere et obtemperare praecepto ipsius Magnifici domini capitanei tamquam maioris sui, et sic causa sibi rem gratam faciendi stabit sine tamen praeiudicio suo et votorum suorum, quoniam aliter ibi stare nollebat. Et illico iterum fuit dictum erga universitatem quem eligebant electionarium praedictae nationis Ungarae: fuit denuo electus et confirmatus, sine concurrente, praedictus dominus Augustinus Sbardelat, sine concurrente.

(Arch. Ant. Univ. Patavinae vol. 4. fol. 302—304.)

3.

Padova, 14—19. Augusti 1534.

Natio Germanica Iuristarum de negotio Augustini Sbardelat praepositi Strigoniensis.

Anno 1534 die Veneris XIIII. mensis Augusti de mane.

Retulit magister Hyppolitus bidellus specialis ad instantiam Reverendi Domini Augustini praepositi Strigoniensis personaliter citasse pro hodierna die coram dominis iudicibus oppositionum infrascriptos: dominum Thomam Ungarum praepositum de Zagrabia, dominum Georgium[1] eius socium, dominum Franciscum Squaquara vidatum ad domum suae habitationis semel.

Die antescripta post prandium.

Retulit D. Augustinus praepositus Strigoniensis, proposuit contra dominum Thomam Ungarum, quod tenet concubinam ideo privari voce, qui dominus Thomas negavit. Tandem delato iuramento domino Ferdinando Relinger et domino Alfonsio a Turre iurantibus ipsum dominum Thomam tenere meretricem in domo sua propria: Idcirco tamquam concubinarius fuit cassus voce et tamquam excommunicatus.

Item opposuit contra dominum Georgium, eiusdem domini Thomae socium, quod est excommunicatus et nominavit in testem Reverendissimum dominum episcopum Vesprimiensem:[2] fuit cassus tamquam excommunicatus, ut probatum fuit per duos testes.

Retulit magister Sanctus ad instantiam domini Alfonsii a Turre personaliter citasse dominum Arnestorem Bevilaqua coram dominis iudicibus oppositionum, qui sibi respondit: «Va al bordello ti e li zudexe, che non voglio venire!» Idcirco domini iudices privaverunt ipsum voce. Et paulo post suprascriptus dominus Arnestor comparuit coram Magnifico domino rectore et iudicibus oppositionum et petiit, quod volebat a se dominus Alfonsius a Turre, qui dominus Alfonsius respondit nolle aliud sibi opponere, quoniam iam fuit sententiatus et voce cassus.

Die Lunae XVII. mensis Augusti Paduae in domo habitationis infrascripti Magnifici domini testis in contrata Sancti Ioannis a Navibus.

Magnificus dominus Ioannes Paulus Summarippa, quondam Mag^ci domini Francisci in praesentiarum habitantium Paduae, in contrata praedicta, testis productus ad instantiam Reverendi domini Augustini Sbardelat praepositi Strigoniensis legum scholaris: cupientis ad perpetuam rei memoriam iustificare in quo loco ipse Reverendus D. Augustinus natus sit, prius impetrata licentia a Magnifico domino Erasmo a Mingkwicz equite Germano, almae universitatis Iuristarum rectore dignissimo, iuratus per me notarium et interrogatus, si scit, ubi et in quo loco idem Reverendus dominus Augustinus natus sit, respondit scire ipsum Reverendum dominum Augustinum natum fuisse in regionibus Ungariae et hoc scire dixit, quia tempore, quo nobilis dominus Ioannes Andreas, pater dicti Reverendi domini Augustini se Venetias contulit et in uxorem duxit Magnificam dominam Ceciliam Miniam, germanam consobrinam quondam Magnificae uxoris eiusdem domini testis, iam natus erat ipse Reverendus dominus Augustinus in dictis regionibus; et ita dixit et affirmavit veritatem esse; subdens idem dominus testis: «El puol esser da quatordexe in sedexe anni che'l dicto Magnifico Joanne Andrea contrasse matrimonio cum la dicta Minia Cecilia». Super generalibus recte respondit.

Die antescripta in domo Magnifici domini rectoris.

D. Desiderius Boninsegni, quondam domini Francisci de Burgo, Etruscus in praesentiarum habitantium Paduae, in contrata Turrisellarum, testis, ut ante productus iuratus per me notarium et

interrogatus, ut ante suo iuramento, respondit hoc scire verum, quod dici audivit aperte dicti Reverendi domini Augustini et a multis aliis personis eundem Reverendum dominum Augustinum natum fuisse in regionibus Ungariae et vidisse ipsum dominum Augustinum parvulum in civitate Budae[3] aetatis annorum septem in octo iudicio suo. Quia iam annis sexdecim vel circa idem testis habitabat in dicta civitate Budae in curte magistri Regis pro pictore et ibi per nonnullos annos stetit usque quo Turci venerunt, de quo tempore discessit et Paduam se contulit : dicens ipse testis haec vel similia verba : «Al tempo predicto ch'io era in Buda vidi esso M[esser] Augustin piccolo e li ho dato più volte de le bote como si fa alli putti, perchè io haveva et ho grandissima familiarità et domestichezza cum el nobil Messer Zuin Andrea de Sbardelat, padre suo, il qual etiam a quel tempo stava in Buda». Interrogatus, si cognovit matrem dicti domini Augustini, respondit : «Io non la conobbi perchè alhora era morta : et scio che dapoi el padre suo se rimaritò in Venetia et tolse una Minia Cecilia grassa, negra, ma non mi riccordo la casa sua et l'ho veduta in Buda et in Vienna et manzato con loro più volte ; et scio che esso Messer Augustinè canonico et preposito de Strigonia et cavalier de S. Georgio». Super generalibus recte respondit.

Attestationes pro Reverendo domino Augustino Sbardelat.

Die Martis XVIII. mensis Augusti Paduae in contrata Vignalium, in domo habitationis infrascriptorum dominorum testium.

Retulit dominus Martinus Kechetinus[4] episcopus Vesprimiensis testis productus parte Reverendi domini Augustini praepositi Strigoniensis : super oppositionibus factis contra dominum Thomam Bacotium et dominum Georgium Granda socium suum, Ungaros : citatus per magistrum Hyppolitum bidellum specialem, iuratus super pectus conscientiae suae de more praelatorum et interrogatus, si scit, quod dicti domini Thomas et Georgius sint excommunicati, respondit verum esse eosdem dominum Thomam et Georgium esse excommunicatos, quoniam ipsi insequuntur et tenent partem Ioannis vaivodae : et hoc scire, quia ipse dominus testis dixit occulis propriis vidisse et legisse in multis locis et civitatibus Ungariae patentes publicatas excommunicantes illos, qui partem vaivodae insequuntur, et hoc esse notorium omnibus. Interrogatus de tempore, quo ipse dominus testis vidit dictas patentes excommunicationis, respondit fuisse de anno 1531 vel circa iuditio suo de tempore ; etc. Super generalibus recte respondit.

D. Georgius Trafesoperus Ungarus habitans in domo suprascripta testis, ut supra productus, citatus per suprascriptum bidellum, iuratus et interrogatus, ut supra, respondit verum esse, quod praedicti domini Thomae Bacotius et Georgius Granda sunt excommunicati, eo, quia insequuntur partem Ioannis vaivodae, quoniam et ipse testis vidit et legit patentes excommunicantes omnes insequentes dictum Vaivodam, et de hoc est rei veritas et publica vox penes habentes cognitionem de praedictis ; etc. Super generalibus recte respondit.

(Arch. Ant. Univ. Patavinae vol. 4. fol. 310—316.)

[1] Georgius Grangia. [2] Martinus Kecseti ; Kechetinus.
[3] Mendose : Buduae. [4] Rochietinus.

4.

Padova, 26. Februarii 1535.

Natio Germanica Iuristarum de sequestratione rerum mobilium domini Augustini Sbardelat praepositi Strigoniensis.

1535 indictione 8. Die Veneris XXVI. mensis Februarii Paduae in domo habitationis infrascriptae dominae Annae relictae quondam magistri Bernardini sutoris, in contrata episcopatus.

Inventarium seu descriptio bonorum Reverendi domini Augustini Sbardelat factum de commissione Magnifici domini rectoris Iuristarum ac Spectabilis domini vicarii, uti vicesgerentis, M. domini potestatis Paduae, ad instantiam dominae Annae relictae quondam magistri Bernardini sutoris infrascriptae et magistri Hyppoliti Saraceni librarii, eius creditoris pro eorum credito.

1 Corpo de testi civili di Lion[1] ligadi. — 1 Corpo di Bartoli de Tortis ligadi. — 1 Corpo di Alexandri ligadi d'Aldo. — 1 Socino da Lion legado in due volumi. — 1 Repetizione secunda pandectae vechio.— 1 Anzolo supra Institutiones di Vinegia. — 1 Decio Iuvenale de novi. — 1 Summa dazo da Lion. — 1 Jason : De actionibus di Vinegia. — 1 Deche di Livio de la Magna. — 1 Eneade del Sabelicho ligà in due volumi. — 1 Suetonio de la Magna in fogio. — 1 Vite di Plutarcho de la Magna. — 1 Dies generalis Alexandri di Roma. — 1 Demosthene grecho d'Aldo. — 1 Valeri Paterchuli et alii, ligadi insieme. — 1 Annotatio in Budei in pandectas in fogio. — 1 Testoris officium ligà. — 1 Alziato : De verba. — 1 Virgilio supra Institutiones et alias ligà. — 1 Antiquarum lectionum. — 1 Parafrasis supra Institutiones con alii ligati. — 1 Autentichi greci supra [in] fogio. — 1 Cornucopia in 4-to. — 1 Moria Erasmi et linguarum ligà insieme. — 1 Aristophane in 4-to grecho. — 1 Ariano in 4-to grecho. — 1 Agrichola : De mensuris in 4-to. — 1 Galeazzo Capela : De rebus et gestis in 4-to. — 1 Cristofolo Longolio in 4-to.— 1 Annotata in Budei in 4-to. — 1 Prisciano in 4-to di Firenze. — 1 Fracastoro : De morbo gallicho et alii. — 1 Colomela in 4-to di Firenze.—

1 Plauto d'Albo in 4-to. — 1 Epistole di S. Jerolimo in 4-to. — 1 Grammatica Urbani in 4-to. — 1 Cornelio Celsio in 4-to. — 1 Redolfi Agrichola in 4-to. — 1 Cento novele in 4-to d'Aldo. — 1 Grammaticha Nebusiossi sarsiz in 4-to. — Reconthi de 7 Aldo in 4-to. — 1 Institutiones 8°, Lion. — 1 Testamento novo di Erasmo. — 1 Orlando Furioso in 8°. — 1 Opera di Ovidio 8°, Lion. — 1 Macharonea Cochai. — 1 Omero Elias. — 1 Epistolae familiares 8°. — 1 Bibia in 4-to ligado. — 1 Oratio del Longolio in 4-to. — 1 Luchano d'Aldo. — 1 Erotemata d'Aldo. — 1 Commentaria Caesaris d'Aldo. — 1 Catullo d'Aldo. — 1 Prudentio in 8° ligado. — 1 Plinio in 8° in 2 volumi. — 1 Quintiliano in 8°. — 1 Virgilio d'Aldo ligà. — 1 Ascanio d'Aldo. — 1 Epistolae familiares d'Aldo. — 1 Epistolae ad Attichum d'Aldo. — 1 Filosofia in due volumi. — 1 Tullio : De officiis. — 1 Libro d'abacho in 4-to. — 1 Opera Angeli Poliziani in 8° da Lion in due volumi legati. — Item per non star a notar el tutto a libro per libro fu contato ottanta pezzi de libri tutti legati in carta de diverse stampe, tutti in 8° uguali. — Sono item di novo n° 80 et altri. — 1 Budeo de asse desligà. — 1 beati renani in fogio siolto. — Item 15 libretti de diverse sorte solti, picholetti et altri. — 1 Plinio in fogio a fondelo. — 1 Opera de Boetio in logicham a fondelo. — 1 altro libro in cartorotto. — Item parecchi braza di spaliere bergamasche in diversi pezzi. — 1 Relogio cioè svegiarolo. — 2 Archi con suo turchaso et freze. — 2 forzieri dipinti.[2]

Quae omnia suprascripta bona, sic ut supra descripta et inventariata et existentia in quadam camera superiori sive studiolo domus praedictae dominae Annae, praedicta domina Anna patrona domus penes se vocavit ac ea custodire et salvare promisit salvo in eis sibi iure crediti sui : praesentibus ad praedictum dominum Baptistam de Placiola de Tellarollis notario quondam domini Sebastiani, et Ser Francisco Alilio quondam Ser Pelegrini de contrata Sancti Petri a Navibus, testibus rogatis. Quo facto, illico Ser Pasqualinus Campsa preco de commissione Spectabili domini vicarii magnifici domini potestatis Paduae, uti vicesgerentis, nec non prius impetrata licentia a Magnifico domino rectore Iuristarum per me infrascriptum notarium sequestravit suprascripta bona in manibus praedictae dominae Annae ibi praesentis et in sequestro acceptae, ad instantiam ipsius dominae Annae et pro eius credito, nec non et ad instantiam ac pro credito praedicti magistri Hyppoliti librarii usque ad ius cognitum : prout sic in praesentia testium praemissorum dictus preco sequestravit et in notario retulit.

(Arch. Ant. Univ. Patavinae vol. 5. fol. 30—31.)

[1] Igy nevezték a lyoni könyveket, illetve az eredeti Aldinák lyoni utánnyomatait.

[2] E rendkívül rossz írású és velenczei tájszólású szavakkal tarkított jegyzék összeolvasásában segítségemre volt Vittorio *Lazzarini*, a paduai egyetem oklevéltan-tanára.

5.

[Padova, initio Decembris 1548.]

Sigismundus Gelous Pannon[us] Lectori S.

Cum in hoc scribendi genere Lazari Bonamici iudicio uti vellem, misi ad eum, quae ego composueram, et rogavi, ut quae sua de edendo sententia esset declararet, is ad me brevissimo tempore haec rescripsit : «Admiratus sum vim ingenii, venae dexteritatem, et adeo promptam atque expeditam inveniendi facultatem». Postulavi ab eo, ut concederet ista simul cum meis sub proelum dari. Etsi autem affirmabat nunquam se cuipiam de suis scriptis id concessisse, neque eo instituto ad me scripsisse, dedit tamen amicitiae nostrae, ut imprimi non moleste pateretur. Cum hic quid de me sentiret, et minime obscuro, et perpetuo suae vocis testimonio comprobasset, cumque me ad rem, ut christiana pietate dignissimam, ita maxime laudabilem incitaret : erat quidem ille revocaturus haec ad exquisitissimum sui iudicii examen, et diligentius conscripturus, sed praeterquam quod mihi nihil esse videbatur, quod merito repraehendi posset, tempus moram non patiebatur. Videbam autem quanti referret, ne orba mea scripta Lazari Bonamici suffragio in manus hominum prodirent. Cuius testimonium semper gravissimum, atque incorruptissimum duxi.

(Praefatio operis «Sigismundi Geloi Pannonis Genethliacon in diem Natalem Christi» intitulati et Venetiis 1548. excussi.)

6.

Padova, 5. Ianuarii 1549.

Sigismundus Torda de Gyalu Bernardo Navagerio praetori.

Bernardo Naugerio, Viro amplissimo, Patricio Veneto, Praetori urbis Patavinae integerrimo. Patrono suo summo ac singulari. Sigismundus Gelous Pannonius. S. D.

Contenderunt a me magnis precibus amici, ut orationes, quas Novembri mense habuissem, edendas curarem, praecipue vero alteram : tum propter argumenti utilitatem, tum vero, quod eam ad finem deducere non potuissem. Eram enim interpellatus tumultu, ante perorationem : cum iurisperitus ille secundum me dicturus esset, et metueret, ne si ego dicendo tempus extraxissem, ipse in angustias cogeretur, et ea incommoda subiret, quae solent evenire satietate affectis auditoribus. Ego vero, etsi natura sum tardior, ad

meas cogitationes publicandas : vel, quod non semper eas iudicem dignas luce, vel, quod non ignorem, quanti periculi res sit praecipitatio: tamen optimorum virorum desiderio deesse non potui. Semper enim honestum putavi, iustis amicorum petitionibus obsequi. Movit me in primis etiam tua autoritas. Nam relatum mihi est, te postulasse descriptam orationem tibi dari. Cum autem hoc tempore viderem, caeteros in te iam iam decessurum, ea, quae suo quisque loco posset, ornamenta conferre : indecorum mihi fore duxi, si solus in hac parte neglecti officii repraehensionem sustinuissem. Has igitur duas orationes tuo nomini dedico : partim, ut extet perspicua testificatio meae erga te observantiae, partim, ut hae tuis auspiciis, in aliorum manus perveniant, a quo sunt approbatae. Scio, te hoc genere praecipue delectari : cum in te esse cognoverim summam virtutem, raram doctrinam, amorem literarum singularem. Eloquentiae vero tuae fama, iam pridem me in tui admirationem excitavit. Accepi enim te multas et insignes legationes, apud principes christianos, reipublicae causa felicissime obivisse: atque in dicendo ita versari, ut boni oratoris munus impleas. Quae res ingentem tibi gloriam peperit, quam auxit non mediocri accessione, atque longe magis illustrem reddidit. Praeturae Patavinae administratio : in qua usus es moderatione summa, abstinentia, comitate, benignitate, iustitia, ut omnes intelligerent, quanti referat civitatis regimen committi homini natura moderato : doctrina atque optimarum artium studiis erudito. Quocirca diligeris ab omnibus: ac facile apparet, quantum tui desiderium sis relicturus in animis eorum, quibus praefuisti : cum te iam abitum parante, tanto dolore afficiantur. Praeclare[1] illud Bias, unus septem Graeciae sapientum protulit. Magistratus ostendit virum. Cumulasti possessionem acceptae a maioribus gloriae. Nunc profecto percipis fructum tuorum laborum iucundissimum : cuncti ad te confluunt, tibi se probari cupiunt. Quapropter, cum animadvertissem, caeteros adeo esse incitatos ad te, officiis omnibus, votisque prosequendum optavi in his meum quoque studium conspici. Ac tametsi est exigua haec [si]gnificatio, tamen tibi grata erit : tum propter excellentiam virtutis tuae,[2] tum quia perspectum habeas, eam ab animo tui amantissimo, atque observantissimo proficisci. Vale.

Pataui Nonis Ianuarii. MDXLIX.

(Dedicatio operis auctoris «Oratio de beatitudine» Patavii 1549. excussi.)

[1] In originali, mendose: Praelacre. [2] uiae.

7.

Padova, 25. Iulii 1549.

Natio Germanica Iuristarum de electione consiliarii Hungari.

Anno 1549 die XXV. Iulii in domo Magnifici domini rectoris.

Ante praesentiam Magnifici domini rectoris convocata natione Ungara ad numerum octo pro eligendo consiliarium suum propositus et electus ac per *Fiat* sine concurrente confirmatus fuit: Dominus Nicolaus Tininiensis ibi praesens.

Dominus Gulielmus Cepellus Hispanus, habitans Paduae in contrata Purciliae testis productus parte ultrascripti domini Prosperi, citatus et iuratus suo iuramento respondit: «Io non so altro, se non che Messer Zuin Révai Ongaro mi ha detto che M[r] Zacharia consegliero della Scotta non è Ongaro, ma e Todescho». Interrogatus quando haec intellexit, respondit: «L'è forse un mese domandandolo lui di che natione fusse esso M[r] Zacharia»... Super generalibus recte respondit dicens: «Io non fazo per altro, se non per dir la verità de quello che sum domandato». Relectum confirmavit.

Dominus Nicolaus Tininiensis consiliarius nationis Ungarae asserens se male habere et non posse actibus universitatis interesse, ideo substituit dominum Michaelem Révai Ungarum praesentem; et hoc ex relatione Prosperis bidelli.

Dominus Thomas Várdai Ungarus legum scholaris, habitans Paduae in contracta Purciliae testis productus parte ultrascripti domini Prosperi, citatus et iuratus est in actis interrogatus et examinatus super oppositionibus contra dominum Zachariam Ongarum, suo iuramento respondit: verum esse, quod dominus Zacharias consiliarius Ungarae cognomine Ruthenus Sproniensis, non est vere Ungarus, licet natus in Ungaria, attamen parentibus Germanicis et pro maiori parte vitae suae habitavit in Germania. Et hoc scire dixit, quia cognovit patrem et matrem dicti domini Zachariae, qui fuit Alemanni, attamen commorantur et habitant in regionibus Ungariae. Super generalibus recte respondit. Et paulo post dictus dominus testis reversus ad me notarium dicens: «Io ho prefixo errore che non ho cognosuto, nè so chi sia la madre del detto Messer Zacharia».

Dominus Ioannes Baptista Pueli Parmensis legum scolaris de contracta Albarellae testis, ut ultra productus per ultrascriptum dominum Prosperum contra dominum Zachariam Ongarum citatus per Antonium Contofanti bidellum, iuratus et interrogatus

suo iuramento respondit : «Io non so altro de che natione sia dicto Messer Zacharia ; ma l'ho ben visto andar alla stapha questo carnevale alli conti todeschi, non so perhò se'l stava a suo spexe o altro». Super generalibus recte respondit.

Die Iovis XXV. mensis Iulii in camera Magnifici domini potestatis.

Praeterea dictus dominus Prosper instetit publicari testes per eum examinatos contra dominum Zachariam Ungarum ad hoc, ut decidatur, an sit admittendus vel reppellendus.

Et statim publicati lecti fuere. Et dictus Magnificus dominus rector et domini iudices oppositionum visis oppositionibus factis contra dictum dominum Zachariam : eius responsionibus ac testibus contra eum examinatis, admiserunt ipsum dominum Zachariam, non obstantibus oppositionibus praedictis. Et demum deventum fuit ad electionem consiliariorum . . . et electus fuit in Ungara : D. Zacharias Ongarus.

(Arch. Ant. Univ. Patavinae vol. 7. fol. 363—364.)

8.

Padova, 11. Septembris 1549.

Natio Germanica Iuristarum de protestatione Michaelis Révai contra consiliarium Anglicae nationis.

Die suprascripta in domo Magnifici domini rectoris.

Iussu Magnifici domini rectoris ultrascripti, convocatis infrascriptis dominis consiliariis cum praesentia domini Vincentii Luchi vice-syndici, causa eligendi consiliarium nationis Anglicae vacantis. Et statim propositi fuerunt infrascripti dominus Iacobus Lomellinus, dominus Andreas Londa. Et antequam fierent comitia fuit per dominum syndicum oppositum domino Michaeli Rewai substituto domini Ioanni Transilvani, quod non est legitimus et ob id privari voce quum eius principalis multas patiatur oppositiones. Nam est paedagogus, item alienis vivit sumptibus, item non incumbit legum studio, immo nescit legere, prout obtulit se ea omnia probaturum, instans eum vocari, ut fiat periculum in legendo.

Qui dominus Michael dixit omnia praedicta falsa esse et non continere veritatem, immo dictum eius principalem legibus incumbere ac suis vivere expensis et non alienis : ideo admittendum esse. Et replicavit dictus dominus syndicus et dixit se esse contentum, quod procedatur ad ballotationem, salvo tamen sibi iure probandi suprascriptas oppositiones, quibus vel aliqua earum probatis suffragium dicti domini Michaelis pro nullo habeatur. Et ita

protestatus fuit. Tandem deventum fuit ad ballotationem et datis suffragiis eisque recollectis dictus dominus Iacobus habuit suffragia decem favorabilia et duodecim contraria. Dominus vero Andreas decem similem propitia et duodecim contra obtinuit. Et sic ambo pares in suffragiis fuere. Quapropter viso statuto in simili casu loquente et habita superinde matura consideratione per Magnificum dominum rectorem tandem ipse Magnificus rector distulit ad diem crastinam ad gratificandum.

Nomina autem dominorum consiliariorum qui interfuere sunt: D. Zacharias Ruthenus. D. Michael Rewai substitutus Ungarae etc.

(Arch. Ant. Univ. Patavinae vol. 8. fol. 20.)

9.

Padova, 10. Octobris 1549.

Natio Germanica Iuristarum de protestatione Michaelis Révai in casu substitutionis syndici.

Die Iovis X. Octobris in domo Magnifici domini rectoris.

Ante praesentiam Magnifici domini rectoris ultrascripti, astante etiam domino Vincentio Luchi etc.

Praeterea Magnificus dominus rector mandavit fieri mandatum pro consiliaria Hyspana vacante consiliario. Et statim factum fuit et affixum in valvis per magistrum Hyeronimum Gibertum.

Quibus peractis dominus Michael Rewai substitutus domini Ioannis Transilvani protestatus fuit in casu, quo substitutio nuperrime facta de syndico non sit bona et valida, quod syndicus sit et intelligatur officio suo privatus stante lapsa mensis, quo ab hac urbe absens fuit.

Nomina dominorum consiliariorum sunt: D. Zacharias Ruthenus, D. Michael Rewai subsitutus in praesentia Magnifici domini rectoris, domini Ioannis Transilvani etc.

(Arch. Ant. Univ. Patavinae vol. 8. fol. 27.)

10.

Padova, 1. Februarii 1551.

Georgius Draskovich Fratri Georgio episcopo Varadinensi.

Reverendissimo, Amplissimoque praesuli fratri Georgio episcopo Varadinensi, thesaurario ac locumtenenti in regno Ungariae, Georgius Drascovitius felicitatem.

Omnes nostras actiones, labores, vigilias denique omnes, Antistes Amplissime, eo dirigi debere semper existimavi: ut ex his tandem, Sacrosancta et catholica Optimi Maximique Dei ecclesia,

omnium nostrum mater, aliquam aedificationem capere possit.[1] Ne igitur tantae, tanquam benignae matri, ingrati filii simus, cuius beneficio, ad agnitionem totius veritatis pervenimus[2] (Aurelio Augusto attestante : Evangelio non crederem, nisi me ecclesiae autoritas commoveret) summo studio, incredibili cura, laboreque indefatigabili nos niti decet, ne singularis amplissimique beneficii accepti immemores, merito damnemur. Si et enim referendae gratiae cura, animalibus etiam rationis expertibus iusta videretur (quemadmodum multi multa et admiranda, ea de re memoriae prodiderunt) argumento est, eam sollicitudinem gratitudinis declarandae non ex quovis iure positivo, sed ex ipso stipite, ipsisque radicibus iuris naturalis promanare. Cui repugnare, est cum Diis more Gygantum bellare. Quorum effrenatam libidinem, numina ferre cum non possent, fulmine ictos ad Orcum detruserunt. Haec neque sunt impietatis stipendia, haec scelerum praemia. Quae, aut si alia graviora sunt, ingratitudinis supplicia esse, mihi constanter persuasi. Quare, cum commentarius in priorem epistolam ad Corinthios Ioanni Calvini, mihi in manus incidisset : contineretque sub finem XI. capitis eius epistolae, praeter maledicta in Orthodoxam Ecclesiam, etiam quasdam captiones, quibus imperiti facile illaquiari potuissent : operae praetium me facturum ratus sum, si illas Sophisticas tricas dissolverem. Quod sane nescio quam feliciter, pio tamen studio feci. Neque enim eam Phantasticam verborum Domini torsionem, verius quam interpraetationem ferre poteram. Quam ille imaginatus est, detorquens verba Salvatoris, longe in aliam partem quam sonarent ; quamque certissima interpres sacrarum literarum Ecclesia intelligeret. Ne autem illi iniquior iudicarer, si meas responsiones referens, eius obiectiones tacerem, ob id alternatim obiecta et responsa aeque descripsi : Omnia sua dicta non minori fide reiectas, quam ab eo scripta sunt. Me autem quemadmodum ab Orthodoxae et Catholicae Ecclesiae sententia, ne latum quidem unguem discedere velim, ita censurae et iuducio Amplitudinis Vestrae subiicio. Cuius est errantes corrigere et ad semitam veritatis revocare. Non praecor Amplitudini Vestrae felicem annum, vulgare est, et quid in hac vita felix? Sed illam felicitatem, quae nescit temporis modum.

Patavii, Calendis Februarii. Anno M. D. L. I.

(Dedicatio scripti auctoris «Confutatio eorum, quae dicta sunt a Ioanne Calvino Sacramentario super verbis Domini : Hoc est Corpus meum» intitulati et Patavii 1563. excussi.)

[1] I. Cor. 14. [2] Contra epistolam fundamenti.

11.

Padova, 18. Martii — 18. Augusti 1552.

Ratio expensarum cuiusdam studiosi Patavini Hungarici.

Ezer öt száz ötven kettöd esztendében,[1] Marcziusnak 18 napján ment Szerémi[2] István Padwabul uram ő N[agyságá]hez és ez napiglan mind megkildtem uramnak az legistromot, kit itt Padwaba keltettönk, mely keltsiget[3] el kildtem Szerémi István általa uramnak ez felső megirtam 18 marczii.

Ez napon mentönk[4] volt Arquára 10 miérfeld Padwahez és

fogattam 4 lovat, kiken Arquára mentönk és adtam az 4 lótú[5]		k. 56	d. 2
Ezen napon ebéden Arquán ételönkért adtam	fl. 1	k. 50	
Ez nap az 4 lónak szénáért és zabért fizettem		k. 8	
Zöld vijaszt vettem		k. 1	
Ezön napon öt imegtű, 8 kezkenécskéktű, 2 ereg kendő kezkenétű, 1 ketett imegtű adtam ezeknek mosásoktú		k. 8	
Ezön napon konfreitet uramnak vettem ...		k. 10	d. 2
Uramnak 1 czipelist marczii 22 napján ...		k. 14	d. 2
Gyorgyát ez napon vettem 1 fontot ...		k. 5	d. 2
Ez nap uram gez ferdébe volt és ez nap adtam gez ferdésnek		k. 16	
Ki uramat mosta, adtam neki innya való pinzt		k. 3	
Egy iveget tentának valót vettem 24 marczii		k. 1	d. 1
Tentát vettem		k. 2	
Uram hitta vacsorára egy medolai nemes embert Kerpant és 1 franczust, adtam az gazdának ételekért	Rfl. 1	k. 11	
Ez nap vijasz gyorgyát		k. 1	d. 1
27 marczii, uram adott barátnak ki meg gyónta		k. 8	
Ez nap uram be irta magát az német naczióba és adtam az naczio kezibe	Rfl. 1	k. 29	d. 1
Marczii 24 napján uram fű mosásátú adtam		k. 10	
Ez napon az német nacio szolgájoknak adtam		k. 16	
Uramnak konfreitet ez napon vettem ...		k. 8	
Marczii megint 24 napján öt lepedétű, 6 imegtű, 3 kezkenécskéktű, 2 kapcza, 1			

kendő kezkenétű adtam ezeknek mosásokért		k. 12	
Aprili 6 napján 6 imegtű, 7 kezkenécskétű adtam ezeknek mosásokért		k. 4	
Uramnak egy solÿát vettem 7 napján aprilis		k. ...[6]	
Ez nap kildtem Martin Antoninak 1 levelet és levél vivének adtam			d. 2
Apr[il]i 11 napján mentönk Weneczébe ferrariai herczeget nizni és ez nap uramnak 1 czipelist		k. 14	d. 1
Ezön nap fogadtam 1 szekeret, kin Welenczébe mentönk Padwabul és adtam az szekeresnek	R[fl.] 2	k. 13	
Uramnak fésűt tokostú fül vájóval tikerrel és egy ecsittel,[7] kivel az fésűt tisztítsák és ollóstú, vettem ezeket	Rfl. 1	k. 9	d. 1
Ezön nap révisznek Weneczébe adtam, hogy uramat hordozta szélyel az tengeren, adtam neki		k. 6	
Megint révisznek 13 aprilis Wenelenczébe (!)		k. 6	d. 2
Weneczébül 15 napján aprilis[8] korán indultonk és ez nap adtam révisznek ki Liczafusináig hozott, adtam neki		k. 10	d. 2
Ételért az útban ez napon adtam ebéden ...		k. 9	
Ezön nap piztachiot uramnak vettem ...		k. 8	
Aprilis 20 napján omert uramnak nádmizestű		k. 4	
23 aprilis 1 klavikordiomot vettem uramnak	Rfl. 7	k. 28	
Ez nap szappant tokjával egyetemben kéz mosni vettem uramnak		k. 10	
Ez nap uram fű mosásátú adtam... ...		k. 10	
Ez nap vijasz gyorgyát kinél uram tanult		k. 2	d. 1
25 aprili 2 tikfijat uramnak vettem... ...		k. 13	d. 1
Ez nap imeg mosásért 6 imegtű, 7 kezkenécskétű, 4 kapczátú, 1 kendő kezkenétű		k. 10	
Uramnak 1 czipelist ezön napon		k. 14	d. 1
28. aprili uram 2 inge mosásáért és 1 ereg kendő kezkenétű adtam		k. 2	
Aprilist, májust fizettem az gazdának ételönkért és adtam neki	Rfl. 49	k. 8	
29 aprili uramnak cseriesnyét[9] vettem		k. 2	

Feliczianus volt uramnál 5 ételen és adtam az gazdának az 5 ételétű	Rfl.	1	k.	...		
4 Maii bort vettem, mert az gazdájé nem volt jó, mert fordult bora volt			k.	...[10]		
Ezön 5. Julii uramnak az ó nadrágnak való kapczájának mind az iletiig valót posztót vettem fertályt 25 k. 1 d. 3 facit	Rfl.	1	k.	16		
3 fertályt az posztónak vettem az nadrágra, hogy csináltattam adtam szabónak			k.	10		
Ez nap uramnak czipelist vettem ...			k.	15		
Ez nap uramnak rákot			k.	4		
Ez nap uram 3 ingétül és 2 lepedétű, 1 kendő kezkenétű, 2 kapczátú, 2 kezkenécskétű, adtam mosásokért			k.	5	d.	1
Ezön nap kildtem az urnak levelet és az számot adtam, ki Welenczéig vitte ...			k.	1	d.	1
7. Julii megint uramnak levelet kildtem, adtam levélvivének			k.	1		
8 Julii dinnyét uramnak			k.	8		
Ez nap szőlőt[11] uramnak			k.	2		
9 Julii paviomnak czérnát és tűt, kivel varattam, hogy megfeslett volt					d.	2
Ez nap imeg mosástú, 2 imegtű, 2 lepedétű, 1 kendő kezkenétű, 2 pár kapczátul, 2 kis kezkenécskétű adtam			k.	5		
Ez nap czipelist uramnak			k.	15		
Dinnyét ez napon uramnak			k.	9	d.	1
14 Julii 1 pár lepedőt, 3 imeg uramé, az inas Venturin inge kette, 1 kendő kezkené, 2 párral kapcza, 1 sapka, 4 kezkenécske, adtam mosásaért			k.	6	d.	2
Ez nap uram fű mosásátú adtam... ...			k.	10		
Item kis kést, kivel tollakat aptálnak ... Ezt az kést uram vesztette el.			k.	10		
Tollat irni valót vettem			k.	1	d.	1
15 Julii 1 keztűt uramnak			k.	13	d.	1
Ez nap szőlét uramnak vettem			k.	1		
16 Julii dinnyét uramnak			k.	8		
Leveleknek való czérnát ketezni			k.	...	d.	2

Ez nap konfreitet uramnak		k. 12	
23 Julii czipelist uramnak		k. 15	
Ez nap uramnak szőlét vettem		k. 2	d. 1
Gyorgyát ez napon vettem			d. 2
28 napján Julii uramnak czipelist... ...		k. 15	
Papirust vettem ez napon		k. 2	d. 2
Sinórt vánkushénak valót		k. 10	
Item Julii 3 imegnek mosásátú, 2 ereg kendő kezkenétű, 5 kis kezkenécskétű, 2 pár kapczátú, 4 lepedétű, 1 imeg az inasé ...		k. 9	d. 1
4. Augusti uramnak szalakszijot[12] ó nadrágba		k. 1	d. 1
Szalakszijot új nadrágba valót vettem ...		k. 6	
6 augusti. Itt volt Julio Perger vacsorán és keltettem rája ezön estve		k. 27	
9 augusti 2 imegnek mosásátú, 1 lepedétű, 3 pár kapcza, 4 kis kezkenécske		k. 4	
Ez napon kolomárisban selyem szeszt vettem		k. 1	
12 augusti uramnak czipelist		k. 15	
Ez nap levelet irtonk uramnak és adtam az levél vivésért, ki Welenczéig vitte		k. ...	d. 2
13 augusti 8 sing zombalatot uram nadrágjának és supiczának, 1 singet 46 k. 2 d. facit in toto	Rfl. 6	k. 16	d. ...
Fejér vásznot supicza alá 2 singet, 3 fertályt, 1 singet 8 k. 2 d. facit in toto		k. 27	d. 1
Sesatina vásznot $6\frac{2}{1}$ singet, 1 singet vettem 5 k. 1. d. facit		k. 34	d. 1
Ezt a vásznot vettem nadrág kezibe belől.			
Item fél sing vásznot ezön nadrág erésiteni		k. 4	
Posztót nadrágnak 1 singet, 3 fertályt vettem ezön 13 augusti, 1 singet 1 Rfl. 41 k. facit in toto	Rfl. 2	k. 57	d. 1
Fekete rását 2 singet, 1 singet vettem 16 k és 1 d. facit in toto		k. 32	d. 2
Ez rását vettem nadrág metélésjének bélölni.			
Supiczának vettem fél sing vásznot ...		k. 4	
Nadrág erésiteni 1 sing vásznot		k. 17	d. 2
Fekete pártát nadrág prémezni $1\frac{2}{1}$ singet		k. 1	d. 2
Gombot supiczának		k. 6	d. ...

Fél unczát fekete selymet supiczának tűzni
és gomb házakat csinálni... ... ... k. ...
Szőrt, kivel nadrágot belől töltettek ... k. ...
(Bibl. Academiae Sc. Hung. Budapest. Oklevelek 15. doboza végén.[13])

[1] E jegyzék élén *1562* van írva, de mivel kevésbbé valószinű, hogy az évszámot az iró betükkel írva elvétse, 1552-ből valónak tartjuk. [2] Zeremÿ. [3] kelgÿget. [4] menttonk. [5] lottw. [6] Kiszakadozva. [7] egÿttel. [8] Tévedésből 5-öt írt, de világos hogy 15-ikéről van szó. [9] chryesnyét. [10] Itt a lap alján hiányzik legalább egy 4 oldalnyi lap, melyen a hiányzó két hónapi számadás volt feljegyezve. [11] zoleot. [12] zalakzÿot. [13] Négy lapnyi, csonka, vízfoltos megsárgult papiroson írva, egy 12 × 30 cm. nagyságú, hosszúkás számadási könyv töredéke.

12.

Padova, 27. Octobris 1553.

Natio Germanica Iuristarum de confirmatione domini Georgii Petrovinay in consiliarium nationis Hungaricae.

Die Veneris XXVII. mensis Octobris in domo Magnifici domini rectoris.

Coram Magnifico domino Ludovico Langnovero Augustano Universitatis Iuristarum Patavini gymnasii rectore dignissimo, cum praesentia domini Ioannis Mineagazii Brixiensis syndici, convocatis infrascriptis dominis consiliariis pro infra peragendis, imprimis per Magnificum rectorem expositum fuit vacare tres consiliarias, videlicet Ungaram, Hyspanam et Siculam. Ideo opus esse consiliarios ad eas eligere. Dicens elapsis diebus unum Sua Magnificentia per nationem Ungaram propositum fuisse D. Georgium Petrovinay licet per tempus in statuto limitatum non fuerit descriptus in matricula, petentem dispensationem, cum nullus alius de natione ipsa reperiatur magis habilis ad ipsam consiliariam: ideo de consensu omnium consiliariorum stante dispensationem, quam ipse Rector fecit, confirmatus fuit dictus dominus Georgius Petrovinay ad dictam consiliariam Ungaram iam a natione complenda electus.

(Arch. Ant. Univ. Patavinae vol. 9. fol. 27.)

13.

Padova, 1. Februarii 1555.

Ioannes Sámboky Georgio Bona et Nicolao Istvánfy.

Ingeniosis et natura modestis Georgio Bona et Nicolao Istvánfy, nobilissimis adolescentibus. Sambucus S. D.

Habetis vulgo vestris, quod studiis negare minime potui.

Quos enim dissolutos versus proposui, vosque magna ex parte coniunxistis: eos cum aliis, notatione publica comunicamus: adeoque etiam vestros aliquot adiunximus. Et quamvis nihil minus fore unquam putavi, quam ista aliquando lectione omnium posse cognosci: quia tamen id a me spe impetrandi contendistis: morem gessi mihi quidem non difficilem, vobis certe quidem etiam utilem. Cum enim cognita omni syllabarum varietate, atque versuum adeo generibus: de vestro mihi iam quiddam offerre coeperitis: hac voluntate vobis accommodata, in hoc ipso cursu retinendos esse vos censui, et me Hercule, excitandos. Idque hoc adeo, ut quemadmodum conamini propediem simile quiddam elucubrare: sic memoriam vestrorum lusuum, gratam hoc modo praeberem. Nec vero minus incredibilis erga vos benevolentiae testes, has fore pagellas arbitror: qui amori, diligentiaeque vobis navatae, constanter adhuc quidem respondistis. Quod ipsum, ut perpetuo extet, dum aetas hisce collocanda studiis fuerit: Reverendissimus archiepiscopus Strigoniensis, dominus Nicolaus Olahus vos commovere debet. Qui, ne quicquam optimis artium studiis constituendis, morataeque disciplinae in vobis desit: amabili sua gratia perficit. Cui quidem vestra, ut diligentia, itemque mihi, ex altera quasi parte, respondeat, providete, quaeso. Atque his contenti nunc sitis: donec operosum illud Graecorum epithetorum volumen, item de imitatione Ciceroniana cogitationes, atque etiam sermones aliquot Platonis, mea interpretatione factos Romanos, publice conspiciatis. Idque ipsum vos brevi habituros, minime omnium ignoratis. Valete.

Patavii, Kalendis Februarii 1555.

(Dedicatio operis «Poemata quaedam Ioannis Sambuci Tirnaviensis, Pannonii, Patavii conscripta» intitulati et Patavii 1555 excussi.)

14.

Padova, 1. Augusti 1555.

Ioannes Sámboky Nicolao Oláh archiepiscopo Strigoniensi.

Amplissimo antistiti, domino Nicolao Olaho, archiepiscopo Strigoniensi, primati Hungariae, Sanctae Sedis Apostolicae legato nato, summo secretario et cancellario Serenissimi regis Ferdinandi. Ioannes Sambucus S. D.

Incidi nuper, dum aliquot meos codices per antiquos excutio, in orationem plane divinam Nili archiepiscopi Constantinopolitani. Quam quidem ego cum aliquoties percurrissem, ita in animum ipsa meum irrepsit, ut hoc praesertim tempore, quotidie ipsam pro-

nunciarem. Et quando videbam multis etiam aliis gratam fore; subtraxi mihi tantum a studiis otii, ut eam Latinam reddiderim, vulgoque cognitam, et repetitam fecerim. Hanc vero tibi mittendam censui, quod et archiepiscopus ipse maximus es; et vero etiam non minus omni vita commendabilis. Quo agnosceres aliorum eiusdem dignitatis pietatem, et in adversis erga Deum animum, atque memineris, quod facis, ad vos maxime pertinere precum, et religionis cogitationes. Certe enim exemplo vestro plebeculam ad supplicationes, vitaeque sanctitatem provocare debetis, ac beata omnia puraque testari. Tu igitur ista nunc libenter suscipito, brevi longe maiora, et quae ad vos pertinent, recte a me habiturus. Vale.

Nepotes tui salutem tibi nunciant, seque una mecum humiliter commendant.

Patavio ipsis Calendis Augusti, Anno MDLV.

(Dedicatio auctoris operis sui «Nili patris sancti et archiepiscopi Constantinopolitani illius misericordis oratio ad Deum contra barbarorum incursiones, bella intestina, pestem, famem ac mortis vim praesentem» intitulati et Patavii 1555 editi.)

15.

Padova, 1. Ianuarii 1559.

Ioannes Sámboky canonico Mariano Lezenskio.

Mariano Lezentio Polono, Cracoviensi, Plocensi ac Sendomiriensi canonico, Nobilissimo atque ornatissimo adolescenti. Ioannes Sambucus S. D.

Ianus hic Pannonius Vitesiorum gente quidem illustri, sed cui plurimam ipse lucem intulit, oriundus fuit. Ingenio vir magno, acumine iudicii et subtilitate, admirabilis: habitu totius corporis satis tenui, ac modico, facie liberali, et candida, collo nonnihil oblongo, per omnem vitam studiosus literarum, ergaque omnes fere nimis beneficus. In Italia, ubi haec modo non omnia lusit, adolescentiam, sub praeceptore Guarino, exegit. Postea ob praeclaras animi dotes et varia literarum ornamenta episcopus Quinqueecclesiensis est creatus. Qua in dignitate, eum se domi, forisque gessit, ut Mathiae regi carissimus, atque ab intimis consiliis, semper fuerit habitus. Postea tamen, ut fertur, ab eodem, ob leves quasdam offensae suspiciones, in exilium missus, cum quadragesimum octavum aetatis annum attigisset, in Medvevára, prae dolore animi, e vivis discessit, estque apud Divum Ioannem, Quinqueecclesiis sepultus. Multa sui ingenii, ac laborum testimonia, hic posteris

AMPLISSIMO ANTISTITI DOMINO NICOLAO OLAHO ARCHIEPISCOPO STRIGONIEN.

Primati Hungariæ, Sanctæ sedis Apostolicæ Legato nato, summo Secretario, & Cancellario Sereniss. Regis Ferdinandi.

IOANNES SAMBVCVS S. D.



NCIDI *nuper dum aliquot meos codices perantiquos excutio, in orationem plane diuinam Nili Archiepiscopi Constantinopolitani. Quam quidem ego cum aliquoties percurrissem, ita in animum ipsa meum irrepsit: ut hoc presertim tempore, quotidie ipsam pronunciarem. Et quando uidebã multis etiam alijs gratam fore: subtraxi mihi tantùm a studijs otij, ut eam Latinam reddiderim, uulgoq; cognitam, & repetitam fecerim. Hanc uero tibi mittendam censui, quòd & Archiepiscopus ipse maximus es; & uerò etiam non minus omni uita commendabilis. quò agnosceres aliorum eiusdem dignitatis pietatem, & in aduersis erga Deum animum: atque memineris, quod facis, ad uos maximè pertinere precum, & religionis cogitationes. Certe enim exemplo uestro plebeculam ad supplicationes, uitæq; sanctitatem prouocare debetis, ac beata omnia puraq; testari. Tu igitur ista nunc libenter suscipito, breui longè maiora, & quæ ad uos pertinent, rectè a me habiturus. Vale. Nepotes tui salutem tibi nunciant, seq; unà mecum humiliter commendant.*

Patauio ipsis Calen. Augusti. Anno M D LV.

reliquit: quorum, utinam, potior pars extaret, nec invidorum malevolentia, lateret, vel potius, intercidisset. Eius poëmatum volumen aliquoties in Germania, commendatione Erasmi et Beati Rhenani excusum, nuper etiam Venetiis, itemque Basileae, auctum panegyrico, et emendatum, prodiit. Quod ea fuerit sive natura, sive eruditio, et facultas hominis, ut non minus, quam Maronem ipsum, et Ovidium doctissimi quique hodie colant, atque adeo imitentur. Ego vero in quasdam lucubrationes eiusdem (cui vel ob communem patriam multum me debere, fateor) nuper cum alibi, tum Ioannem Listhium, Caesaris Ferdinandi secretarium, incidens, eas tuo nomine praeposito, cum omnibus esse communes, volui: ut qui plane sciam, non minus praeclaris me vatibus, ac si ex omni quiddam antiquitate reliquum appareret, satisfacturum. Certe, enim, si eius omnia extarent, summis ingeniis comparari iure possit, quod ipsum non obscure, qui eum tantopere admirantur, imitatione sua comprobarunt. Quamobrem selegi de multis pauca, et de bonis meliora. Cuncta enim, ob iuvenilem fervorem, et in Italia tum vitam actam, edere, non libuit, quod ipsius, quae consecuta hos lusus fortuna et dignitas fuit, κατ' ἔκδοτα καὶ ἀνέκδοτα, consilium edendi meum repudiassent. Hunc vero libellum tibi, Mariane, iuveni genere, ac literis, inter Polonos, clarissimo, etiam ac etiam commendo. Qui enim optimos quosque discendo, ac imitando tibi proponere, magno iudicio, et cum laude, consuevisti: admittes, credo, huius etiam, cum omni antiquitate comparandi Praesulis, ad reliquas tuas cogitationes, monumenta, totumque tuendum suscipies. Adductus autem sum, Mariane, ut meam voluntatem cum tuo nomine, hi versus publice ostenderent, suavibus inter nos, et etiam Andream Duditium Sbardelatum, iuvenem doctissimum, nuper colloquiis habitis. Ex quibus ego naturam et conatus ita tuos deprehendi, itaque deinceps mecum sum complexus, ut in tuis me depositum, nisi permagni duxero, indignus amicitia tua prorsus queam videri. Nam cum antea de te noster Sbardelatus popularis, et vetus amicus meus, cuius ego iudicio semper acquiescere sum solitus, honorificentissime atque copiose narrasset: ubi tamen collocutionibus et consensu necessitudo fuit ipsa constituta, maiora certe omnia et ampliora fuisse comperi. Qui in tuo cursu, praeter aetatem ipso admirando, et a quo vix amplius quisquam sperare queat, ut persistas, non te cohortabor, tantum dico, brevi te patriae diligentia ista tua, opinioneque ingenii, haud parum ornamenti additurum. Quod si in his forte licentius aliquid, nec ab autore satis recognitum offenderis: aetati, et manibus tanti viri, qui haec forsan in lucem non extulisset, cum

aliis, facile condonabis, valetudinemque tuam custodies. Nosti enim senarium : οὐκ ἐσθ' ὑγείας κρεῖττον οὐδὲν ἐν βίῳ.

Patavii, ipsis Kalendis Ianuarii 1559.

(Dedicatio operis auctoris «Iani Pannonii deinde episcopi Quinqueecclesiarum facti, illius cum omni antiquitate vatis comparandi, lusus quidam et epigrammata, nunc primum inventa et excusa» Patavii 1559. editi.)

16.

Padova, 1. Octobris 1559.

Ioannes Sámboky Nicolao Oláhcsászár.

Magnifico Domino Nicolao Olahczasar etc. Sambucus S. D.

Oratiunculam de obitu fratris hanc meam accipies, ut amoris erga utrunque, et memoriae semper futurae testem : ita vero leges, ut in maximarum laudum ingressu progrediaris ; nec ullo aut luctu, aut molestiis animum contrahas, quin egregiam patriae voluntatem, aperte, ut coepisti, suppedites atque tueare. Nihil tu fratri amantissimo gratius, nihil amplitudine ista tua et spe omnium dignius praestiteris. Vale.

Patavio Calendis Octobris 1559.

(Dedicatio orationis auctoris in obitum Generosi ac Magnifici adolescentis Georgii Bona Transylvani factae et Patavii 1560 excussae.)

17.

Padova, 1. Octobris 1559.

Ioannes Sámboky de virtutibus Georgii Bonae.

Provinciae Romanorum pars fuit Dacia, nunc Transylvania vulgo ubertate, et omnium terra nascentium copia, in primis auri et argenti fertilitate nobilissima, quae sola nondum maleficio Turcae atque furore pertentata, quo minus ille imperium, Noricum versus producat, impedit. Huic olim Romani tributa pendebant, ut Traianus maximo suorum detrimento, ea subacta, colonias deduxerit, Hadrianus idem experiri, non ausus sit, Aurelianus Gottis invadenda reliquerit. Ex ea noster Bona, hoc est Cibinio, eius regionis civitate frequentissima, oriundus fuit, cui iam nascenti omnes bonam mentem divinitus precabantur. Facili admodum matris nixu, et hilari prodierat : ut ex eo praeclaram suis opinionem attulisse et ad omnem laudem natus iudicaretur. Quibus vero parentibus, notius est, quam ut oratione mea significetur. Siquidem mater Ursula, vetustissima vaivodarum Moesiae inferioris et pene Flaccidii gentilium familia, soror amplissimi archiepiscopi Strigoniensis, quae patrem praefectum seu iudicem regium habuit, est

profecta, tot tanquam illustribus adhuc animi et corporis dotibus, hoc luctu pene oppressa, elucet, ut modestissimae et admirandae in Deum pietatis foeminae sit exemplum, quid enim vel cogitavit, vel suscepit unquam, quod recto consilio et salutariter persecuta non fuerit ? Quo metu, verum quod existimat, quibus damnis ab eo demoveretur, firmitate et constantia, familiae ingenerata persona heroica. Patre vero qualem, Georgio et ipso Bona, principe suae civitatis et nobilitatis, cum Rapoldiorum gente coniunctissima. Tanta ille semper fide atque humanitate erga quo suis, dum vixit, erat, ut nulla offensio animi alicuius, ex eo prodierit. Erga vero imperatorem nostrum Ferdinandum eam constantiam sibi tuendam censuit, ut, dum dissensiones et turbae intestinae, baronum studiis excitatae, arderent : nunquam vel praemiis, vel minis a fidelitate deduci potuerit : multa inique, cum iniuria rei familiaris non negligenda sustinuerit. Quin etiam aliquando ab adversariis exceptus, cum adduci ad confirmandum in suum regem odium, nequiisset : crudelissimo et foedo detentus carcere, nisi voluntate summi Dei : qui in hanc lenitatem inimicos impulerat, ut grandi pecunia se redimeret, ad invisum, et miserabile necis exemplum, raptus fuisset.

Nihil fingo, mortuus ab hinc quinquennium est, in memoria omnium recenti fortitudo eius et notae laudes virtutis extant. Cumque diutius esse domi per eos, qui in odium successere publicum, vita et fama incolumi esse haud liceret Viennam, patria relicta, ne ulla coitionis suspicio excitaretur, secesseret : ubi summa Nicolai Olahi, et aliorum benevolentia floruit, salutarem et bonum se virum praebuit. Omitto alios propinquos et affines, quorum numerus et splendor est infinitus. Talibus ergo parentibus, qui edi humile et abiectum potuisset, οὐκ ἔστιν ἐν κακοῖσιν εὐγένεια. Extabant in hoc adolescente universa, quae ornamentum non patriae solum, sed totius orbis illum fore, non obscuris indiciis, monstrabant. Sic a puero cum eruditis et laudatis assiduus haerebat, ut nullo modo avelli se pateretur : nemo impetrare otium, quod ampliori fructu non sarciretur, facile potuit. Ingenii celeritate, ac memoria domi omnem scientiam liberalem complexus, ad Italiam ab avunculo, maximo Praesule, una cum Nicolao Istvánffy, nobili ac erudito adolescente, aequali suo, missus: quinquennium, quo ibi fuit, sancte et multorum amicitia, non minori progressu literarum, versatus est. Sic ex tempore Italice tum loquebatur, tum scribebat, ut nihil praeterea nosse videretur : Latine autem dicere subito ita consueverat, ut ad eam gloriam summopere excelleret, neque linguam

Graecam leviter attigerat, memoriam antiquitatis et rerum gestarum intelligenter et apte pronunciabat. Non equidem neque ficta, neque audita refero. Interfui, ac praefui eius studiis quasi annos quatuor, quibus nihil quod aetatem non deceret, aut valetudini obesset, unquam admisit. Cumque ita ingenium et mores expolivisset : ad maiora ipsum avunculus adhibiturus, domum revocarat : quantum diligentia et studio profecisset, uti exemplo doceret, iussit, quod ille, non moleste, faciebat. Bis apud imperatorem hunc, eleganti oratione habita, se in gratiam eius et benignam voluntatem insinuarat, ut in omnium oculis vita et studia eius versarentur : et si vixisset, brevi ad maximos honores evocatus, quantum indole et iuvenili exercitatione praestaret, comprobasset. Quo enim altius evectus esset, hoc tanquam e specula, quod se, suaque dignum industria putasset, laudabilius perfecisset. Ad eam vero laudem, quantum spei in archiepiscopo suo, qui authoritate et quem habet, usu quidvis potest, constitutum habuerit : quisque pro sua prudentia consideret. Qui praeses, reliquias patriae tuetur, ac ne tota in servitutem discedat, procurat : qui idem hic non Ferdinando, apud quem summo est loco, sed quantum hominis memoria fert, cunctis Austriae ducibus, aeque carus et fidelis extiterit: ecquid prohibuisset, quin nepoti iuste instituto et maximos fructus allaturo quaevis obtinuisset. Atque ut penitus adolescentis naturam, qua Praesul mire delectabatur, perspiceret, ac firma esse, quorum ille significationem extulerat, videret : in Bohemiam ipsum doctissimo episcopo Quinqueecclesiensi Georgio Drascovithio, traditum, cum imperatore, atque electionem Francoforti spectandam miserat. Ubi in tanto comitatu ac opinionum varietate, nulla mutatio animi, nullum simulatae virtutis vestigium comparuit : sed licentia quorundam ad maiores potius cogitationes nitebatur, et in rem christianam haud languens excitatus erat. Praeterire illud hic nequeo, tanta eum verecundia fuisse, ut raro et parum loqueretur : seque Pythagoreum amicis, per iocum dictitaret : nec tamen eam sibi naturam displicere, quod tempore tacuisse, quam inepte nugari, datis a natura binis auribus, lingua unica praestaret. Callisthenis more silentio tutum se, raroque sermone gratum malle vivere. Huius enim generis sententias magna suavitate pronunciabat. Qualis et illa saepe usurpata : *Qui taceat, multis eum legibus opus non habere.* Et Platonem rectius dicturum fuisse : «philosophiam meditationem non mortis, sed vitae esse perpetuae, atque inchoationem». Paratus iam illi apud quemvis principem virum, honestissima conditione locus erat, qui

ad virtutes maturuerat, sed avunculus, donec aetas gravioribus responderet, expediendis communibus et privatis negotiis eum domi utiliter exerceri voluit. Ea re in omnium notitiam veniebat, dumque vehementius ad laudem incumbit, divino adolescenti, quod, proh dolor, nimis crebro usu venire coepit, morte ut praeriperetur, accidit. Deus enim, quem in partem suorum bonorum elegerat, aliqua occasione, si id fieri posset et producta vita, ne disiungeretur, abstulit, in domicilio, quo mens respectabat, salvum collocavit, beatorum consortio et pura societate, his exemptus impedimentis, laetatur, haec nimirum ille sponsalia, has nuptias fratris toties somniabat. Etenim, si nescitis, summa in voti alacritate, in tam optatis diu fratris sui sponsalibus, quae amplissimae tum dabantur, febri arreptus, sextum morbi diem vix attigit : sed malo fessus, animi pietatem vel defecta lingua et mota intelligentia, christiane primum confessus, abiit, excessit e carcere animi, vigesimo aetatis anno feliciter evasit.

Cadaver eius Sopronium, maxima funeris pompa, comitantibus optimis, ingenti fletu deportatum : spe resurrectionis sepelitur. Erat viribus et corpore mediocri, proceritate commoda, ore, vultuque decenti, ac semper hilari, ut praeter alios, natura illi praecipuum hoc tribuisse visa sit : inspecta facie, ingenium ac mores, contra, quam Medea queritur, simul ut deprehenderes, atque intuerere : ad motus corporis et exercitationis mira promptitudine; etc.

(Ex oratione Ioannis Sambuci Pannonii in obitum Generosi ac Magnifici adolescentis Georgii Bona facta et Patavii 1560. excussa.)

18.

Padova, 22. Octobris 1559.

Ioannes Sámboky Iacobo Fugger comiti de Kirchberg.

Illustri adolescenti Iacobo Fuggero, in Kirchperg et Weissenhorn comiti, Domini Antonii filio. Sambucus. S. D.

Quem de imitatione ad colles amoenos et salubres istos Patavinos cum Georgio Bona, tempore alienissimo patriae, summoque luctu meo adolescente nuper extincto[1] sermonem habueram : eum, te requirente, per intervalla hisce chartulis mandavi atque tripartite retuli. Quo in tam controversa eruditorum disputatione, dissidentibus iudiciis, in hac veteris eloquentiae perturbatione, etsi nihil fere novi, quodque prae aliis cuiquam satisfecerit, dixisse me animadvertam : aliquid tamen dixi, nec mihi foetus meos ita displicere ipse sino, ut quid cogitarim, aut

etiam conatus sim obscurare, probantibus aliter amicis, aut prorsus alios nescire aliquando velim. Ac tu quidem a praeceptoribus longe his meliora, sine dubitatione audivisti : verumtamen parere volui, atque efflagitata vulgo tuo etiam nomine legi. Unde, si ad exemplum tibi propositum et styli utilitatem aliquid decerpseris, multum me praestitisse opinabor, nec iudicia corrupta extimescam : sin, in quo alios repraehendo, ipse offendi, quod humanum est, sed ignovisse longe humanissimum : dabo operam, ut posthac meliora efficiam, atque edam. Certe facili et plana dictione, ut meam sententiam breviter: nam multa possent addi ac illustrari, nunc explicarem: nihilque in hoc scriptionis genere affectatum inepte relinquerem, adnisus sum. De ingenio autem Iacobe, moribus tuis elegantissimis, de Magnifici parentis erga me honorifica et copiosa voluntate, omnique ommino istius familiae splendore, in qua tantopere laudes florent, tuque eas cupidissime persequeris, nihil repeto : quod nec dignitas opusculi tanta praeconia mereatur, nec ingenium illa meum capere, aut stylus informare posset et in disiunctissimis quibusque terris eorum memoria disseminata omnibus ita viget, meo, ut testimonio relictum nihil inveniam. Caeterum exempla et quemadmodum exercitatio singulorum capiunda sit, cum aliquo maiorum vigiliarum opere, paulo post, accipies. Vale, et Ioannem Tonner I. U. consultissimum, et Michaelem Gaizkofflerum a me salutabis.

Undecimo Kalendâs Novembris 1559. Patavii.

(Dedicatoria operis auctoris «De imititatione a Cicerone petenda dialogi tres» intitulati et Parisiis 1561, Antverpiae 1563 et 1568. editi.)

[1] Mortuus est 3. Septembris 1559.

19—22.

Padova, 1559—1560.

Acta Nationis Germanicae Iuristarum sub rectoratus rectoris domini Georgii Pálfi Hungari.

1559. In Christi nomine Amen. Anno currente eiusdem Nativitatis Millesimo quingentesimo quinquagesimo nono, indictione secunda.

Electio rectoris Almae universitatis dominorum Iuristarum Patavini gymnasii in personam Magnifici domini Georgii Palphi Ungari. Gaspare Villano scriba.[1]

1559 augusztus 1-én a praefectus házában, in praesentia Clarissimorum dominorum Nicolai de Ponte doctoris et equitis, praetoris, et Iustiniani Contareni pro Ill^{mo} et Excell^{mo} duce

dominii Venetiarum Paduae praefecti dignissimorum, nec non Mag^ci et generosi viri domini Ioannis Beltramini Asulensis, almae universitatis Patavini gymnasii rectoris dignissimi, ac domini Georgii a Carolobitz Germani, syndici praestantissimi, convocatis infrascriptis nationibus ultramontanorum et citramontanorum pro novo rectore eligendo, iuxta formam statutorum universitatis et literarum ducalium, prius exclusis omnibus... ad eligendum electionarium et consiliarium suum jelen lévén :

Ex natione Alemanna 76 tag, Boema supplenda, Polona 14, Ungara supplenda,[2] Provinciali 7, Borgunda 4, Anglica 5, Hyspana supplenda, Cypra 7, Scota supplenda,[3] Romana 34, Sycula 6, Anconitana 17 tag ; de minthogy ekkor a választás izgalmai közepette «inter scholares et custodes praefecti orta fuit dimicatio», melyben egy őr megsebesült, az ülést feloszlatták s a többi választást másnap, augusztus 2-án ejtették meg, jelen lévén : Ex natione Lombarda 39, Mediolana 80, Tuscha 8, Veneta supplenda, Tarvisina 129, Furlana 22, Dalmata supplenda, Pedemontana 8 tag s azután külön szavaztak még a brixeni és vincentini consiliariusok felvétele ügyében.


Quibus sic peractis, lecto statuto de electione rectoris omnes scholares electionariique ibi astantes una voce per *Fiat* sine concurrente eligerunt Magnificum dominum Georgium Palphi Ungarum ibidem praesentem et acceptantem in rectorem, qui, prius sibi per Clarissimum praetorem debito iuramento de aetate ipsoque iurante se vigesimum secundum aetatis suae annum explevisse, ab ipsis scholaribus vociferantibus (de more) super humeris repositus, exinde ad domum maximo gaudio tubarumque sonitu delatus fuit.

Mint rektor az alakuló, első gyűlést saját lakásán augusztus 22-ére hívta össze s ezen megjelenvén 17 nemzet consiliariusa, megválaszták a rektorhelyettes syndicusokat, nyolcz kisérőt a rektor mellé, hogy a velenczei tanácsnak bemutassa «de more» a rotulust, vagyis az előadások tanrendjét s a velenczei tanügyi tanácshoz[4] kérést intézni határozván az Institutiók üresedésben lévő tanszékének betöltése iránt, az a rektor nevében emígy hangzott :

Magnificis et Clarissimis triumviris Studiorum.

Vacando la lettura della *Instituta*, alla quale era deputato lo Excellente Gratiano, restarìa lo Excellente Montagnana al primo loco solo senza concorrente che sia fermo e stabile, per il che se ne harìa poco utile da lui perchè non si curarìa molto affaticarsi, non havendo concorrente, il che succederìa a non piccol danno de' scholari. Dove per pubblico benefitio, sì come siamo obbligati, preghiamo le Clarissime



Rector Syndicus Bidellus generalis et inferior
gymnasii Patavini.

Signorie Vostre siano contente provveder a dicto loco et non lassarlo vacuo, per esser lectura molto utile et necessaria. Et perchè veramente et cum effetto lo Excellente M. Francesco Manticha, hora deputato alla lettura de texto, glossa et Bartholo, et in questa pubblicamente et in casa leggendo privatamente *l'Instituta*, ha dato tal odore delle rare virtù sue et bone lettere, delle quali questo studio ne sente gran contento, et dovemo sperare ottimo frutto del suo peregrino ingegno, perciò con ogni debita reverentia lo arrecomandiamo alle Cl^{me} S. V. per ottimo soggetto ad essa lettura d'*Instituta*, il quale a questo Gymnasio sarà gratissimo et fructuoso, sì per la doctrina sua, come per la diligentia et assidua continuatione da scholari, maxime oltramontani summamente desiderata, per le qual cose merita a questo et maggior honore esser abbraciato, como le Cl^{me} S. V. sono solite a fare, alla cui bona gratia lo arricomandiamo.

Dalla università de legisti il XXII di Agosto 1559.

L'obbediente Georgio Palphi Rector
et conseglieri de legisti.

A rektor október 3-ikán indulván Velenczébe «pro praesentatione Rotuli» helyettest nevezett ki távolléte idejére; de már október 19-ikén a következő felterjesztést teszi:

Magnifico et Clarissimo viro Domino Bernardo Georgio Studiorum praefecto.

Desiderium scholarium, Clarissime Studiorum Protector, pro eorum munere laborum suorum in studiis, praecipuum est, ut Rotulus, in quo lecturae ab universitate collatae (de more) scholaribus cupientibus se honoris causa exercere, ut tandem in studiis huiusmodi exercitati munera ad maiora ascendant, ad sui et patriae, amicorumque honorem et commodum, confirmetur. Ob eam itaque causam praesentes Magnificentiae Vestrae dirigendas decrevimus, Eandem humiliter exorantes, ut solita sua prudentia et amore in studiosos, Rotuli expeditionem perficere dignetur, et ipsum quamcitius transmittent, ut publicetur; nam tempus adest et scholares omnes maxima cum expectatione Rotulum ipsum expostulant et exoptant, ut ad lecturas deputati se ad lectiones accingant et scholares illis ad studendum se applicent. Nec alia. Bene valeat Magnificentia Vestra, cui Nos et Gymnasium humiliter commendamus.

Ex officio universitatis Iuristarum Patavini Gymnasii. Die XVIIII. mensis Octobris 1559.

Georgius Palfi Iuristarum Rector.

Kisebb üléseken szabadságidőre távozó consiliariusokat helyettesítének, majd október 31-ikén elhatározták a helybenhagyott alábbi tanterv kihirdetését:

Rotulus Novus celebratus sub regimine Clarissimorum Dominorum Bernardi Naugerii equitis, praetoris et Hyeronimi de Legge, pro Ill^{mo} et Exc^{mo} Duci dominio Veneto, Paduae praefecti, dignissimorum, nec non et in praesentia Magnifici et Generosi viri Domini Georgii

Palfi Almae Universitatis Dominorum Iuristarum Rectoris dignissimi. In quo quidem Rotulo infrascripti Excellentissimi Domini Doctores et scholares ad infra notatas lecturas legendas hoc anno deputati fuere, videlicet.

Ad lecturam Iuris canonici de mane in 2do loco:

Ex. D. Iacobus Philippus Portio Imolensis per litteras Ducales.

In 3° loco:

Ex. D. Annibal Buzacharenus Patavus.

Ad lecturam Iuris civilis de mane in 2do loco:

Ex. D. Marcus Manticha Patavus } per litteras Ducales in paritate loci.
Ex. D. Tyberius Deccianus Utinensis }

Ad lecturam iuris civilis de sero in p° loco:

Ex. D. Hyeronimus Torniellus Novariensis per litteras Ducales.

In 2do loco:

Ex. D. Guido Pancirollus Regiensis per litteras Ducales.

In 3° loco:

Ex. D. Petrus Leonus Patavus.

Ad lecturam criminalem:

Ex. D. Antonius de Catharo per litteras Ducales.

Ad lecturam textus, glossis et Bartholi in p° loco de sero:

Ex. D. Federicus Rogerius per litteras Ducales.

Ad lecturam Institutionum in p° loco:

Ex. D. Philippus Montagnana per litteras Ducales.

Ad lecturam Institutionum in 2do loco:

Vacat.

Ad lecturam Institutionum cum ordinariis:

Ex. D. Illarius Ventura Parmensis.

Ad lecturam Institutionum textus et glossis in p° loco meridiei:

D. Valentinus Saceagnollus.

Ad lecturam texti in 3° loco:

Ex. D. Ludovicus Buzacharenus Patavus.

Ad lecturam Iuris civilis meridiei in p° loco:

Ex. D. Bartholomaeus Sfortia Patavus.

Ad lecturam textus, glossis et Bartholi in 2do loco de mane:

Ex. D. Franciscus Manticha Foroiuliensis.

Ad lecturam textus, glossis et Bartholi in 2do loco de sero:

Ex. D. Benedictus Venerius Veronensis.

Ad lecturam Institutionum, textus et glossis in 2do loco meridiei:

Ex. D. Marcus Antonius de Pelegrinis Vincentinus.

Ad lecturam Pheudorum:

D. Henricus Usana.

Ad lecturam De actionibus:

Ex. D. Caesar Lanna Brixiensis.

Ad lecturam Universitatis:

D. Caesar Mazonus.

Ad lecturam Autenticorum:

D. Princeps Bisutius.

Ad lecturam trium librorum codicis per Annum:

D. Hyeronimus de Advocatis Pedemontanus.

Ad lecturam Notariae in 2^{do} loco per Annum:
D. Ioannes Baptista Donatus.

1559. Indictione 2^{da} die Iovis 2^{da} mensis Novembris in cathedrali ecclesia. Lectus et publicatus fuit suprascriptus Rotulus per me Gasparem Villanum Notarium Universitatis Iuristarum praesentibus R^{mo} Antistitae et Cl^{mis} Rectoribus urbis ac M^{co} Gymnasiarcha, ac Clarissimorum Doctorum et Scholarium astante caterva.

Spese fatte per Venetia per presentar el Rettor Magnifico 66
Georgio Pálfi 1559 a dì 8 Settembre.

Ave il Rettor in Padova	L. 68 s.
Ave M^{o} Iacobo Bagno in Padova	L. 34 s.
Ave M^{o} Iacobo in Venetia	L. 13 s. 12
Ave la barcha aposta al andar	L. 12 s.
Ave la barcha al tornar	L. 10 s.
Ave li chavalli per andar	L. 2 s.
Ave li chavalli al tornar	L. 2 s.
Ave il Rosato[5] bidello per aver speso	L. 3 s. 10
Ave li facchini per portar li fortieri al andar et tornar fino al Bassanello	s. 16
	145 s. 18
Ave M^{o} Hyeronimo[6] per commission del Rettor per andar a Venetia per il Rotulo...	L. 12 s.
Per andar io Silvestro[7] a Venetia per littere di reformatori circha il Rotulo et spesi	L. 4 s. 2
	L. 162 s. —

Die Veneris 3. Novembris in scholis.

Insuper captum fuit, ut fiat mandatum Domino Silvestro Basilicha bidello generali et massario universitatis de pecuniis per eum expenditis, videlicet de libris centum quadraginta quinque solidis decemocto per Magnificum dominum Rectorem, consiliarios octo et duos bidellos, expenditos pro eundo Venetias ad se praesentandum Ser^{mo} principi de more et pro praesentatione Rotuli. Item de libris duodecim iussu Magnifici domini Rectoris datis Magistro Hyeronimo Giberto causa eundi Venetias pro expeditione Rotuli. Et de libris quatuor, solidis duobus pro tot per ipsum bidellum expenditis pro eundo Venetias, vocatus a Magnificis dominis Reformatoribus. Et sic in totum de libris centum sexaginta duabus per eum sibi bonificandis in computis suis reddendis.

Die Veneris 10. Novembris.

Coram Magnifico Domino Rectore ultrascripto comparuit D. Nicolaus Nesithi Ungarus, dicens iam sub die 28. Augusti nuper praeteritum ab ipso Mag^{co} Rectore impetrasse licentiam se ma-

triculandi, prout ibi fidem fecit per buletinum manu eiusdem Mag^{ci} domini Rectoris et eamet die se contulisse ad me notarium, quem invenire non potuit, sequenti vero die ob adversam valetudinem impeditus non potuit citius redire, ut nomen suum describeretur in matricula. Petiit proinde per Suam Magnificentiam declarari nomen suum describi debere sub ea die licentiae cum per eum non steterit, quin describeretur. Sed legitima existente causa, sibi subveniendum esse. Qui Mag^{cus} dominus Rector his auditis et intellectis ac legitima causa subsistente declaravit sententiavitque nomen eiusdem domini Nicolai describendum esse in matricula ea die 28. Augusti, ut in licentia, quum per eum non steterit, qui usus fuit omni diligentia, licet postea legitima causa infirmitatis impeditus fuerit. Et quatenus in matricula sub eadem die non posset ea die describi, ob alias descriptiones deinde factas, describatur sub hodierna die et habeatur ac si descriptus fuisset dicta die vigesima octava Augusti praeteriti.

1559 november 16-iki ülésükön küldöttséget neveztek ki a
69 velenczei tanácshoz «ad petendum exequutionem privilegiorum suorum pro armis ferrendis», a mit a paduai praefectus nem akart megengedni.

Tenor litterarum credentiae:

Ser^{mo} Principi Senatuique Veneto ac Clarissimis triumviris studiorum omnibusque aliis magistratibus.

Nos Georgius Palfi Almae universitatis Iuristarum Patavini Gymnasii Rector harum serie fidem indubiam facimus per praesentes qualiter pro necessariis occurentibus negotiis universitatis nostrae peragendis pro conservatione privilegiorum nostrum ex consiliariis nostris dominos Hyeronimum Moresinum, Ioannem Franciscum Roxana et Ioannem Baptistam Pigafetta, cum prudentia et rerum gerendarum usu praeditos, tum inprimis nobis et probatos et gratos, delegimus ad supplicandum et petendum ea, quae universitati pro eius commodo et decoro utilia et necessaria sunt, nec non ad Clarissimos triumviros supplicandum, ut lecturae Iuris canonici de sero vacanti provideatur de idoneo lectore, quum lectura ipsa valde necessaria scholaribus sit et ab omnibus desiderata, quibus eandem fidem in omnibus rebus, quas nostro nomine proferrent adhibendam esse volumus, quae adhiberetur nobis ipsis, si coram loqueremur. In cuius rei fidem has nostras fieri iussimus sigillique nostri impressione communiri.

Datae Patavii ex officio universitatis. Die XVII. Novembris 1559.

Gaspar Villanus notarius universitatis.

1559 november 17-én a rektor: convocata natione Ungara elegit in consiliarium suum dominum Nicolaum Nesithi, sic mandante Magnifico domino rectore.

Az 1560 januárius 22-iki ülésen Pálfi György rektor «audito domino Symone Schardio Germano legum scholare dicente tempore Rotuli praeteriti se ab eius Germana natione electum fuisse ad lecturam Pheudorum», de tévedésből nem vették föl a tanrendbe, s így más adja elő a tárgyat, meghallgatván jogos panaszát, a tanuk bizonyítását s a velenczei tanügyi tanács alábbi rendeletét, kijelenté kérelmezőnek «continuare posse et debere ad ipsam lecturam *Pheudorum* legendam, non obstante errore nostris cum certi simus de persona», s így ezentúl ő fogja e tárgyat olvasni.

Tenor litterarum Clarissimorum Dominorum Reformatorum :

Clarissimi tamquam fratres honorandi.

Venuto a noi D. Symon Schardio Alemanno ne ha esposto che 82
essendo esso rimasto alla lettura de Feudi, et havendo ancho fatto il suo principio et letto fino al presente, pare che essendo stato notato sul Rotulo per errore di quelli che hanno scritto, che non lui, che rimase, ma il concorrente suo che cascò sia stato eletto in dicto luogo, et perciò habbia difficultà ad haver le sue bollette : per la qual cosa ne ha ricercati, che nessuno non mancargli di quello conviene alla giustitia, sì che potesse havere quello che di ragione gli viene, et essendo la dimanda sua honestissima preghiamo le Magnificenze Vostre che voglino ordinare a quelli, che hanno il carico, che essendo così, come de sopra è stato detto, debbano conciar le scritture, levar le bollette et satisfarlo del suo salario come è conveniente, alle quali ne offerimo et raccomandemo.

Di Venetia il XX. di Gennaro nel M. D. LX.

Reformatores Gymnasii Patavini.

A tergo : Clarissimis Dominis Rectoribus Paduae tamquam fratribus honorandis.

1560 április 6-iki ülésükön megbizták a rektort, hogy «una cum octo consiliariis, scilicet quatuor ultramontanis et quatuor citramontanis, et duobus bidellis» menjen Velenczébe, kérve a dogét és tanácsot «dignetur committere oratoribus suis ad Sanctis- 87
simum Pontificem», adjon valamelyes pénzsegélyt «pro salariis doctorum legentium in hoc gymnasio ad hoc, ut conducentur et conserventur famosi doctores pro honore et conservatione huius florentissimi nobilissimique gymnasii» s egyúttal a rektornak hat, a tanácsosoknak három-három libra napidíjat szavaztak meg. De csak az alábbi, április 16-iki levéllel indulhattak útnak : 89

Ser^mo^ Illustrissimoque Venetiarum Duci ac Clarissimis triumviris studiorum.

Nos Georgius Palfi Almae universitatis Iuristarum Patavini Gymnasii Rector harum serie fidem facimus indubiam qualiter ad expeditionem supplicationis nuper per nos expositae, de subventione petenda a Ser^mo^ Domino Nostro pro salariis D. Doctorum in hoc Gym-

nasio legentium, ex consiliariis nostris dominos Ioannem Soffianum et Maurum Frisarium delegimus, quibus eandem fidem ea in re adhibendam esse volumus, quae nobis ipsis adhiberetur, si coram loqueremur. In cuius rei fidem has nostras fieri iussimus, sigillique nostri impressione communiri.

Datae Patavii ex officio universitatis. Die XVI. Aprilis 1560.

Rector et consiliarii universitatis Iuristarum.

A küldöttség öt napig volt oda Velenczében és 180 librányi
90 költségüket az április 27-iki ülés utalta ki.

1560 május 29-én D. Nicolaus Nesithi consiliarius nationis
93 Ongarae procuratort jelent be a kar jegyzőjénél.

1560 július 5-én Nesithi Miklós tanácsos helyére, mivel a rektortól licentiát kapott, egy hónapra egy olaszt választ. Hanem ő még addig sem ül oda, mert az új félévi rotulus készítésekor, julius 29-ikén ismét jelen van; augusztus elsején pedig új rektorválasztás esvén, Pálfi György szereplése véget ér.[8]

(Arch. Ant. Univ. Patavinae vol. 10. fol. 62—98.)

[1] Eredeti jegyzőkönyv, mely a mai 10. kötet 59—105. lapját tölti be.

[2] Igy lett aztán: Dominus Claudius Falconus Borgundus electionarius, consiliarius idem.

[3] Hogy kik lehettek tagjai a «Natio Germanica»-nak, azt a statutumok első pontja ekként határozta meg: Nationis Germanicae nomine universa Germanorum multitudo censetur. In Germanis autem numerantur, tum qui in Germania Superiore et Inferiore, tum qui in locis Germaniae contiguis nati, artibus liberalibus legibusque operam dant: ut Bohemi, Moravi, Ungari, Transilvani, Rhaeti, Helvetii, Borussi, Livoni, Dani, Sveci; cives vero Tridentini et inferiores versus Italiam excluduntur.

[4] Riformatori dello Studio di Padova. [5] Ioannes Franciscus.

[6] Gibertus. [7] Silvestro Basilicha bidello generale.

[8] Talán nemsokára haza is megy s Paduában annyira nem marad magyar tanuló, hogy az 1560 augusztus 1-én tartott új alakuló ülésen a magyar consiliarius helyét lengyel tanulóval töltik be s így maradt a helyzet két esztendeig.

23.

Padova, 5. Martii 1560.

Andreas Dudith Nicolao Oláh archiepiscopo Strigoniensi.

Illustrissimo ac Reverendissimo domino, domino Nicolao Olaho, archiepiscopo ecclesiae metropolitanae Strigoniensis, legato nato, primati Hungariae, ac Sacratissimae Caesareae Regiaeque Maiestatis summo secretario, cancellario ac consiliario etc. Principi optimo atque amplissimo. Andreas Duditius S. P. D.

Magnos viros in omni aetate, Antistes amplissime, ac nunc quoque non leviter de scribenda historia video dissentire. Neque

vero ulla mihi, totam rem accurate perpendenti, aut in litteris, aut ad omnem vitae usum accomodatior inter eos disceptatio potuisse videtur excitari. Nam, ut ex aliis hominum studiis ad privatas res sive honor, sive fructus emanet : nullam tamen artem, aut facultatem, si rem penitus inspiciamus, cum historia conferendam, nullam, quae se ad omnia vitae genera aeque porrigat, inveniemus. Haec enim non privata solum, verum etiam publica spectat commoda : ex hac petitur moderatrix et magistra vitae prudentia ; cum aliorum eventis, nullo nostro labore, nullo periculo, non modo sine molestia, verum etiam iucundissime, in otio sedentes erudimur, ut non immerito eam viri praestantes lucem veritatis, vitae ducem appellarint. Nam cum nihil opportune, nihil sapienter, neque privatim, neque publice, nisi a prudentibus viris geri posse constet : cui perspicuum non est, ad vitam recte instituendam, ad rempublicam ipsam recte et ordine gubernandam, nihil utilius esse, nihil aptius historia, quod quidem et verum esse, et aliter esse non posse, non ego de multis unus, sed ita multi mecum sentiunt, itaque fatentur, ut, qui nesciat, quid ante, quam natus sit, acciderit, eum puerum semper esse, hoc est, omnis expertem prudentiae, ac pene rationis arbitrentur. Qui vero ita versatur in historia, ut, quid aliis in omni rerum ac temporum varietate contigerit, perattente notet, ad usumque suum traducat, imperiorum ac maximarum rerum initia progressus, finem denique ipsum observet ; et haec suas ad causas omnia referat ; nonne is tam accurata, tamque multiplici observatione non mediocrem sibi in omni genere sapientiam comparat ? Nonne, velut in quadam specula constitutus, actiones hominum prospicit ; quoque modo, quove tempore quidque fieri conveniat, unus optime intelligit ? Quocirca, sapientissimos viros, qui saepe aut labentem rempublicam sua prudentia confirmarunt, aut iacentem erexerunt, magnopere historiarum studia coluisse, proditum est. Quo quidem ipso ex genere quo quisque rerum ante se gestarum cupidior fuit, eo se virum fortiorem, eo meliorem patriae civem praestitit. Ex quo non minorem esse laudem, immo vero et longe maiorem eorum, qui se ad scribendas historias contulerunt, quam qui maximis pro patria se periculis obiecerunt, ac vitam denique ipsam profuderunt, facile licet animadvertere. Alteri enim duntaxat ei, pro qua decertarunt, reipublicae profuerunt : alteros et omnibus, quae tunc essent, et iis etiam, quae postea fuere, aut quae unquam erunt, mirabilem attulisse fructum constat. Quod cum apud Graecos Thucydides et Xenophon in

primis animadverterent, Annibal etiam apud barbaros, apud Latinos Cato, Sylla, Lucullus, Caesar, et qui hos sunt consecuti, Augustus, Hadrianus et Gordianus, summi viri et principes eximii, tot civitatibus captis, tot provinciis debellatis, tot victoriis partis, tot triumphis actis minime contenti, cum his omnibus praestantius quiddam esse ac divinius, historiam condere, arbitrarentur, omnes cogitationes a bellis gerendis ad res gestas litterarum monumentis, atque hominum memoriae consecrandas traduxerunt. Quae quidem res non, ut omnium praestantissima, sic omnium facillima videtur. Argumento est eorum infrequentia, qui laudabiliter historiam scripsisse memorantur. Apud Latinos quidem vix unum esse, aut fortasse ne vix quidem, qui laudem absolutam assequatur ; neminem, qui culpam omnem vitet ; multis placet. Graeci, pulcherrimarum semper artium amantissimi, ideoque maiore etiam, quam caeterae gentes, sapientia praediti, Latinis illi quidem omnibus historiae componendae scientia praestiterunt : verum nec ipsi, excellenti licet ingenio clari, omnem in hoc certamine laudem tulerunt. Nam, ut alios omittam, ipsum historiae principem Thucydidem, non omnes aeque celebrant. Neque vero Demosthenis, eloquentissimi viri, qui eius libros octies manu sua descripsisse traditur, tanti esse potuit auctoritas, ne quid ei vitio daretur ab iis, qui aliena quoque corrigere pulchrum putarunt. Cui sane hominum generi, gravissimorum virorum scripta ad rationem, et rectam scribendi normam exigenti, non multo minus profecto debere nos fatendum est, quam illis ipsis, quos tantam humanae vitae utilitatem conficiendis historiis afferre iam diximus. Perficiunt enim subtilitate et acrimonia iudicii, ut nos quoque, si quando usus veniat, ab indicata quasi fovea declinantes, laudabilis industriae cursu ad propositam nobis in historia metam pervenire possimus. Has iudicandi partes inter Latinos nonnulli sumpserunt : sed feliciores aliquanto ab hac etiam laude Graeci, quorum si nulla praeterea nunc extarent summae doctrinae monumenta, quae miserabili vetustatis naufragio plurima periere ; unius nobis Dionysii Halicarnassei, ingenio simul et iudicio praestantis, confractae ac decurtatae tabulae satis ostendunt, quantum ingenii acumine, quantum doctrina, quantum etiam industria Graeci omnibus gentibus antecellant. Is, ut erat iudicio peracri, cum decem summorum apud Graecos oratorum scriptis iudicandis prorsus admirabilem se praebuisset, ad Thucydidem quoque cogitationes convertit. Qui cum omnes, ut Cicero etiam testatus est, dicendi artificio facile vicerit ; cumque ita creber sit rerum fre-

quentia, ut verborum prope numerum sententiarum numero consequatur; ita porro verbis aptus, et pressus, ut nescias, utrum res oratione, an verba sententiis illustrentur: mirum tamen est, quam non huic nostro satisfaciat. Perpendit omnia: pleraque damnat. At quibus rationibus? Mihi quidem, ut videtur, omnium firmissimis. Quae, si attendantur, non iam in historia summus Thucydides videbitur, sed, omni tanquam honestate privatus, infimo loco et postremo in ordine contemptus iacebit. Hac porro censura dum utitur Dionysius, praeclaram omnibus texendae historiae normam proponit, et leges quasdam statuit, quas qui servet, non vulgarem a cunctis laudem ferat. Iam in verborum ponderibus examinandis quantus est? Hoc equidem ausim affirmare, quod Graecae linguae peritis non dubie patet, Thucydidis scripta, si hoc libro careamus, neque quod ad sententias, neque quod ad verba attinet, prorsus intelligi posse. Hunc talem, tamquam utilem Dionysii de Thucydidis historia commentarium, seu potius thesaurum veluti quondam, ex abditis tenebris nunc primum erutum, Paulus Manutius, singulari vir eloquentia, doctrinaque ornatus, ea mihi conditione donavit, ut eum Latinis hominibus Latine loquentem communicarem. Quod ego mihi oneris imponi pro mutua benevolentia facile sum passus; quanquam me non lateret, quam difficili in loco versaretur eorum industria, qui Graeca Latine interpretanda susciperent. Nam si Graeca cum Latina lingua conferatur, quid, queso, illa plenius, quid hac ieiunius inveniri queat; quod nos in quodam nostro libello, satis copiose, satisque, ut arbitramur, dilucide ostendimus. Quare, si quae Graece optime intelligentur, ea Latinum aliquando in sermonem ita sunt translata, ut coniicere potius, quid sibi interpres velit, quam videre plane liceat, id non tam ipsius inscitia interpretis, quam Latinae linguae inopia accidere, iudex aequus existimabit. Nos in hoc libro tum perdifficili, tum etiam multis locis depravato summam adhibuimus diligentiam, quantum tamen unius mensis studio potuimus consequi, (neque enim plus huic est negotio tributum temporis,) ut is non omnino inelegans, atque incomptus in ora hominum prodiret. In quo quidem interpretando meum consilium hoc fuit, exemplo videlicet eruditissimorum vel nostrae, vel superioris aetatis hominum, non ut verba, vitandi laboris gratia, singula singulis reddens, annumerarem, sed ut sententias ipsas appenderem. Quod quidem institutum in aliis quoque eiusdem scriptoris libris, quos de arte rhetorica, deque apta inter se verborum collocatione scripsit, item in Longino, ac

tribus postremis Diodori Siculi libris convertendis, quos omnes nunc in manibus habeo, servavi. Quos quidem una cum vetustissimo quodam in quatuor Evangelia commentario Graeco, quem mihi ex augustissima sua bibliotheca, ante septingentos annos descriptum, Michael Sophianus, philosophiae peritissimus, Graecae linguae scientia plane singularis, commodavit, in tuo nomine propediem divulgabo. Tu interim, sanctissime Antistes, hunc primum, qualiscunque est, ingenii nostri foetum, tibi a me, pro tuis in me meritis, veluti numini dicatum, benigne accipe ; non ut aliquid a Dionysio discas ; (quid enim te latet ?) sed ut otii mei, cuius Cato reddendam rationem putat, opus aliquod, dum alia comparantur, appareat. Nam, quod ad priorem illam partem spectat, cum tu quoque historiam rerum Hungaricarum mediteris, quam fore praeclarissimam atque omni laudum genere cumulatissimam omnes augurantur ; et cum litterarum cognitione rerum usum, administranda tot iam annos totius reipublicae summa, coniunxeris ; ex quo sapientiam es maximam consecutus : nihil tibi extrinsecus petendum : omnia sunt in te ipso, eaque ut perpetuo sint, idest, ut quam diutissime tua virtute perfruamur, cum bonis omnibus exopto. Quod vero ad me attinet, ita tibi iampridem maximis tuis beneficiis sum devinctus, ut, quidquid in omni vita aut in litteris, aut aliis in rebus nostra praestabit industria, id tu iure tuo optimo tibi vendicare possis. Nam, ut illa praeteream, in quibus tua in me, meosque summa benignitas apparuit, arctiori quodam tibi obstringar vinculo necesse est, quod tu multis iam annis labores gravissimos pro communis patriae salute et suscepisti, et adhuc eximia cum laude sustines : cum publicam rem non tam consiliis, atque prudentia tua, quam exemplo subleves innocentiae. Itaque merito Ferdinandus ipse, summus imperator, ita iudicat, merito homines sic existimant, quasi lumen aliquod, in magna rerum humanarum caligine, longinquis etiam gentibus elucere sanctitatem, consilium et dignitatem tuam. Illa vero, omnium maxima, quibus efferenda laudibus, quibus exornanda praeconiis, quod pro tuenda Christi religione semper excubat animus tuus ? Quod Pannoniam, miserabili diuturnoque iam bello attritam, atque ab immanissimo Christiani nominis hoste miserrimum in modum vexatam, firmissimo in eius finibus fortissimorum militum praesidio, ac veluti propugnaculo collocato, ita defendis, ut eam, labentem, propeque inclinatam, contra tantam vim unus propemodum sustineas, ac tuearis? Itaque, te custode, nullas insidias, nullos impetus, nullamue

fortunae quidem vim Pannonia pertimescit. Quid autem timeat, cum ab eo pendeat, cuius consilia referuntur ad Deum, et a quo Deus optime sentiente nunquam abest ? Quae cum eiusmodi sint ; non est, cur quisquam miretur, quod quotidie magis ex familia tua, tanquam ex virtutum omnium praeclaro quodam amplissimoque honestissimarum artium gymnasio, lectissimi homines prodeunt, qui secundis rebus moderati, adversis constantes, usum illius iustitiae, quae omnes virtutes complectitur, ex tua disciplina consecuti, reipublicae gubernacula ita tractent, ut facile summas tempestates summa tranquillitas consequatur. Hoc igitur abs te quasi quotidianum tributum accipit respublica nostra, viros egregios, tuis virtutibus, tua liberalitate ad omnem laudem instructos, qui alios deinde suo ipsi exemplo ad verum decus, et ad solidam gloriam impellant. Haec ego saepe mecum cogito, et, ut spero, scriptis etiam meis aliquando persequar. Statutum est enim, si quos aut collegi iam, aut in posterum fructus colligam studiorum meorum, omnes ad tuum arbitrium conferre, omnes dicare tuae laudi : licet ad eam accedere vel nihil possit, vel, si quid omnino, a te ipso tantum possit. Me tamen tuarum virtutum, ut ad earum imitationem caeteri excitentur, perpetua commemoratio delectabit. Idque mihi per tuam incredibilem benignitatem, ut spero, vel potius, ut confido, licebit. Interim me, pro tua consuetudine, singularique bonitate, ut suscipias, habeasque in numero tuorum, ac solita clementia prosequare, etiam atque etiam rogo. Deus te Maximus ecclesiae suae, quae tuis maxime consiliis nititur, et nobis, qui tuo patrocinio fovemur, quam diutissime incolumem, fortunatumque servet.

Patavii, III. Nonas Martii MDLX.

(Dedicatio scripti auctoris «Dionysii Halicarnassei De Thucydidis historia iudicium» intitulati et Venetiis 1560. excussi.)

24.

Padova, 15. Aprilis 1560.

Georgius Pálfi rector gymnasii Patavini Thomae Nádasdi palatino Hungariae.

Illustris ac Spectabilis Domine mihi observandissime.

Salutem et mei humillimam commendationem.

Si te propter nomen celeberrimum, dignitatem amplissimam, perpetuum virtutum tuarum decus et ornamentum, famam praestantissimam, praeclare factorum tuorum immortale, perenneque monumentum ; si denique, ob innumeras cum animi, tum

corporis dotes eximias, laude et admiratione certe dignissima, etiam exteri (qui tantum absunt,[1] ut te cognoscant, ut ne quidem unquam viderint) amore et veneratione quadam veterum heroum instar prosequuntur: quanto magis a me, cui non solum te cognoscendum praebuisti, verumetiam quamplurima tui et amoris, et benevolentiae signa ab incunabulis pene ipsis demonstrasti et amandus, et colendus es? Quod si hanc animi mei erga te devotionem, nullis hactenus literis meis tibi declaravi, non eo me fecisse tibi persuadeas velim, quod aut ad te scribere gravarer, (quis enim tam scribendo impiger est, quam ego?) aut, quod tuae benevolentiae erga me memoria apud me refrixisset, sed quia superioribus temporibus, quid te dignum scriberem minime habebam, non eram autem nescius gravissimis et seriis negotiis occupato tibi, inanem literarum sermonem iniucundum futurum; nec vero etiamsi affatim mihi ad te scribendi materia se se obtulisset (deos testor) quo vultu quave facie ad te scriberem sciebam. Siquidem in mente mihi venire solebat, ob egregiam quadam (quam a puero tu in me conspiciebas) animi mei indolem me a te amatum tibique gratum fuisse, propterea que quamplurimos summam de me spem et expectationem concepisse. Sed cum cogitarem nihil me adhuc vel mea indole, vel aliorum spe et expectatione dignum effecisse, deficiebat me profecto animus, omneque ingenii mei robur quasi terrore quodam percussum a scribendo me abstrahebat. Cum vero proxime praeteritis mensibus (quod te hactenus vel ex sermone aliorum intellexisse satis scio) unanimi consensu huius florentissimi gymnasii Patavini nobilissimorum iuvenum Gymnasiarcha creatus fuissem, rumpendum mihi iam tandem hoc diuturnum plusquam pythagoricum silentium esse duxi, partim, ut te certiorem[2] facerem incolumitatis et dignitatis meae, partim vero, ut videres et cognosceres, me summis viribus conari, ut non modo non expectationem de me susceptam fallam, quinimo indies, quod ad me attinet eam et augeam, et accrescam, atque etiam insuper omne nomen hungaricum hisce in partibus obliteratum, et ex memoria[3] hominum deletum (non secus ac de phoenice post mortem, narrant poetae) multo clariorem et illustriorem reddam. Sed quoniam, ut aiunt:

Fortis et palmae per se cursurus honores,
Si tamen horteris fortius ibit equus.

Cum sciam magnam summa cum authoritate coniunctam fidem tibi in aula Sacrae Caesareae Maiestatis esse, cumque adhuc

aetas mea non ita corroborata sit, ut vel tu, vel patria commode ea uti possit, abs te summopere peto, ut si occasio tulerit, me Sacrae Caesareae Maiestati commendes et notum reddas, omnisbusque in rebus, quae vel ad augendum, vel ornandum me spectabunt, patrocinio tuo praesto mihi esse velis, ut tanti viri praesidio fretus, non tantum quemadmodum Tencer sub Aiacis clypeo tutus sim, verumetiam mihi ipsi ad maiora assequenda et vires, et animus crescant. Qua quidem in re pro tua singulari erga me amore et benevolentia nunquam te defecturum mihi certo persuadeo. Ubi vero me Deus reduxerit, efficiam, ut dignum me tuo aliorumque patrocinio iudices. Christus, verae fons pietatis, Tuam Magnificentiam conservet nobis in multos annos sanam, felicem et incolumem.

Datae Paduae, die 15. Aprilis. Anno 1560.

Tuae Ill^mae^ Do[minationis]

Humillimus cliens
Georgius Palphi
Rector Pat. gymn:

Intitulatio : Illustri et Spectabili domino Thomae de Nadasd, palatino et supremo regni Hungariae capitaneo, consiliario S. Caesareae Maiestatis. Domino et patrono mihi observandissimo.

(Autogr. Orsz. levéltár, Budapest. Nádasdy-ltár. Vegyes lev. 3. csomó.)

[1] Mendose : abest. [2] certiorum. [3] memoriam.

25.

Padua, 20. Maii 1568.

Natio Germanica Iuristarum de unione Hungarorum cum Germanis.

Anno 1568. 20. Maii cum natio Hungarica a nostra natione, cui supplendae, ut vocant, nomine adiuncta esset, ad certos Hungaros, qui recentes advenissent iure ipso rediisset, ego[1] cum procuratoribus et nonnullis praeterea Germanis ad eos accedo, et ut eam coniunctionem et amicitiam, quae nostrae nationi cum Hungarica iamdiu intercederet, ipsi quoque retinere et colere vellent rogo : omnem denique a natione nostra ipsis benevolentiam officiaque offero, prolixe quidvis illi tum sunt polliciti ; postea vero quantum promissa a praestatione different adversa nostris suffragia pro rectore Vicentino ferentes, docuerunt. Ac sane conqueri hoc loco liberet et de horum a nobis et Brixianis, et de Siculorum eodem anno, aliarumque nationum defectione, si res ipsa aut momenti alicuius, aut aliquid certe nationis nostrae interesse vide-

retur, sed ita vel universitatis, vel nostrae res comparatae sunt, ut nostra nobis inter nos firma concordia potius, quam parum fidis aliorum amicitiis opus sit.

(Arch. Ant. Univ. Pat. vol. 463. fol. 126.—Brugi: Atti dei Legisti I. 149.)

[1] Consiliarius Melchior a Diebes Borussus.

26.

Padova, 24. Maii 1568 — 1. Augusti 1569.

Acta Universitatis dominorum Iuristarum Patavini Gymnasii de rebus Hungaricis scolaribus.

Die Lunae 24. Maii [1568].

189 Convocata natione Ungara coram Mag^{co} domino rectore causa eligendi consiliarium suum, ab eis propositus et electus fuit D. Vladislaus Kubinio Ungarus per buletinum Mag^{ci} domini rectoris:

È comparsa hoggi la Magnifica nation Hongara et ha fatto consillero il Signor Vladislao Kubinio, però lo scriverete fra il numero di consilleri.
In borgo Zucco in casa di donna Pasqua.

Io Carlo De Herlin
(L. S.) Rector mpr.

Kubinyi László, mint a magyar nemzet képviselője, először az 1568 július 16-iki ülésen szerepel s résztvesz azontúl a kar minden ülésén, mikor pedig július végével lejárt a rektor s a tisztviselők esztendeje, a tisztujításkor ismét őt választák meg magyar consiliariusnak.

223 *1568. Electio Mag^{ci} domini Iulii Trissino Vincentini substituti Almae Universitatis Iuristarum Patavini gymnasii. Antonio Villano notario.*

224 1568 die dominico Kalendis Augusti Paduae, in salla Cl^{mi} praefecti. A velenczei doge képviseletében Zuane Mocenigo praetor és Marco Grimani, paduai praefectus, valamint lovag Herlin Károly jurista-rektor jelenlétében új rektor-választásra gyűlvén, összehíván az ultramontán és citramontán nemzetek képviselőit tanácsosaik megválasztására, a jogi karon levő öt magyar megválasztá:

224 Dominus Vladislaus Cubini electionarius, idem in consiliarium.

A többi nemzet közül volt: Német 60, lengyel 32, provencei 4, burgundi 8, angol 8, ultramontan 37; de helyettesíték a csehet, spanyolt és skótot, minthogy egy sem volt. Olaszok közt volt:

római 40, sziczíliai 20, anconai 20, lombard 30, genovai 10, tusciai
25, tarvisi 70, furlani 65, dalmata 6, piemonti 12.

Rektorválasztás után, *augusztus 12-ikén*, substitutust válasz- 226
tottak a rektor mellé, Iulius Trissino személyében. De a folytonos,
gyakori gyűlések mind a milanói nemzet ügyében tartattak, mely 234
nem akarta maga körébe fogadni a parmaiakat, piacenzaiakat;
a kiket aztán a lombardokhoz rendeltek.

A melyik tanuló nem hozott magával hazájából szolgát,
rendesen paduait fogadott, kinek havi bére egy «scudo d'oro» 237
volt, meg lakás és ellátás, vagy ennek fejében harmincz lira.

Die Martis 19. mensis Octobris. (Kubinyi consiliarius.)

A rektorhelyettes előterjeszté, hogy ma reggel a «R^{mi} domini 246/7
doctores legentes» nem akartak feljönni olvasni «iuxta ordines
huius universitatis» s ezért másnap újra összejövén, elhatároz-
ták felszólítani őket a bidellus generalis által, hogy hétfőre jöjje-
nek fel — büntetés terhe mellett — olvasni.

1568 október 24-én vasárnap «in scholis» új syndicus-választásra
gyűlvén össze a kar, «propositus fuit et electus, sine concurrente
dominus Martinus Berzevicio Ungarus Consiliarius 4, et sic reman- 249
sit syndicus» — jelen lévén Kubinyi is, a ki megmaradt consilia-
riusnak. 231

Mint syndicus Berzeviczy (1568 november 1-én) Villano
notariushoz az alábbi olasz levelet intézte:

M. Antonio Vilan, vi prego che diate al Signor Paulo Maria Panigerola gentilhuomo Milanese et consigliero d'essa natione, termino d'otto giorni poi che se dice ch'è in viaggio, et in questo termine il Signor Bellisario substituto da lui possa venire in università, non obstante l'atto fatto dal Signor substituto in la persona del Signor Giovan Battista Picenardo gentilhuomo Cremonese: non preiudicando però all'autorità del Signor substituto che potesse haver.

Martino Berzeuiceio
Syndico mppa. 252

Berzeviczy Márton mint syndicus vezeti az *1568 november 7-iki*
gyűlést és a november 12-ikit, stb. A tisztujítás november 17-ikén
lévén, «in communi palatio Iuris ad officium aquilae», megmaradt 255
állásában «D. Martino Ungaro syndico benemerito» is és ekkor ő
meg a rektorhelyettes Iulius Trissino megvizsgálván a kar pénztárát
arról sajátkezüleg ezt a nyilatkozatot tette:

Io Martino Berzeuiceio gentilhuomo Ongaro syndico con la pre- 257
sentia del soprascritto Signor Giulio, ho fatto saldo col oltrascritto
Massaro talche resta debitore di detta università de lire cento novanta
una, soldi nove. Et in fede de ciò m'ho sottoscritto.

260 *1568 november 25*-én új rektorválasztásra gyűlvén össze a kar, a beadott 25 czédula közül 18 a vicenzai Ioannes Dominicus de Meldisre esvén, az bejött és hálás köszönetet mondván, hivatalát mindjárt el is foglalá és 1569 január 18-án vicariusává a mantuai Iulius Maynoldust választá.

1569 február 6-iki kari ülésén a rektor előadván, hogy régi szokás szerint a syndicus, vicarius, 2 bidellus, valamint 8 tanácsos
268 kiséretében be kell mutatkoznia a dogénak s neki a hivatalt megköszönni — Berzeviczy is elment Velenczébe.

Minthogy Kubinyi László az 1568 deczember 17-iki gyűlésen szerepel utóljára, 1569 márczius 2-án összegyült az öt tagból álló «Natio Hungara», s a rektor jelenlétében egyhangulag Bornemisza Boldizsárt választák és erősíték meg «sine concurrente» tanácsossá, a ki így a márczius 11-iki gyüléstől kezdve mindig jelen van az üléseken, de rendesen «Balthasar Ungarus» néven írják.

278 *1569 die Lunae 4. mensis Iulii.* Ad instantiam dominae Pasquae Megiorinae respondit Ioannes Antonius Roxatus bidellus percitasse dominum Ladislaum[1] pro hoc mane coram Magnifico domino rectore in camera, hora 12 ad vix se sententiari supracitatae in iuditio dicendae.

Magnificus dominus rector sedens in camera eius residentiae auditis partibus infrascriptis domina Pasqua Megiorina petente dominum Ladislaum Ungarum sententiari ad sibi dandum libras ongaras 32 occasione affictus camerarum stante eius promissione facta pro domino Francisco[2] et Andrea[3] Ungaris scholaribus.

279 Item Magister Petrus Mazarodulus de Cividale, filius quondam Andreae Zamboni, habitans Paduae in contracta Burgi Zuchi testis productus per inclytam dominam Pasquam citatam, per Ioannem Antonium Roxatum bidellum iurans monitus et etiam super antedictis capitulis suo iuramento respondit.

Super primo respondit : Le la verità che scio che detti scholari, cioè il Signor Ladislao, il Signor Andrea et il Signor Francesco Ongari sono stati in casa di detta donna Pasqua a camera e questo scio perchè sono lì vicino chè li ho veduti ; circa poi il salario ovvero affitto di dette camere non ne scio altro.

Super secundo respondit : Io non scio in che camera stesse il Signor Andrea, ma credo stesse in quella di dentro, ma non scio, se la fusse quella da lire 8 ovvero lire 12, ma la era fornida il parmi di due letti.

Super tertio respondit : L'ho sempre sentido a dire che'l Signor Francesco ha sempre detto a donna Pasqua che dovendo

andar via di questa terra per un certo rispetto la non dovesse affittar ditta sua camera, di che postea avertita che non dico che fosse il Signor Francesco, ma vi è vero, che dopo li sei mesi che stette il Signor Francesco in la camera, s'è partito e andato in Ungheria, digando che'l voleva andar a trovar denari, et venne occasione a donna Pasqua di affittar la camera del Signor Francesco, ove il Signor Ladislao li disse: «Non voglio che la fittate, perchè non voglio venga altra nation' in questa casa, perchè scio che'l venerà presto, et se lui non vi pagherà vi pagherò mi». Interrogatus quomodo hoc intellexit, respondit: «L'ho sentito a dire ad esso Signor Ladislao essendo in casa sua al foco questo inverno passà». Interrogatus de praesentibus respondit: «Ge era un altro scholaro che non le scio il nome, nè di che patria: un homo grande con pocho de barba negra, vestido di negro, il qual stava in casa di ditta donna Pasqua; altri non ge eran, se non donna Pasqua, et erimo dentro in la camera de donna Pasqua».

Super ultimo respondit, ut supra dictus: El ditto Signor Ladislao disse: Donna Pasqua, non vi dubitate che quì per tutti, sì del passà, come dell'avvenire, che non voglio patiate cosa alcuna.

Super generalibus respondit, salvo, quod est creditor dictae dominae Pasquae di lire 7, tamen veritatem dixit.



Kubinyi László e peres ügyében négy napon át (július 5—8-ika közt) folyt tovább a tanúkihallgatás, melynek során donna Pasqua Maiorina lakásadónénak másik négy tanúja vallott egybehangzóan az első napi, fenti tanuzással. A vallomások egyes részletei a következőkben bővítik a tárgyat, illetve tisztázzák a tényállást.

Az iránti nyilatkozata, hogy az üresen maradt két szobát Kubinyi László maga bérli ki s maga fizeti, még ha Magyarországba távozott tanulótársai nem is térnének előbb vissza, ezelőtt 6—7 hónappal történt s hogy az eltávozott magyar tanulók egy évnél tovább laktak donna Pasqua házában. Forgách Ferencz távozása után egy Martin nevű ifjú [Berzeviczy Márton] költözött a szobába s azonkívül odajött egy másik magyar fiú, Bornemisza Boldizsár is és egy ideig együtt laktak mind a hárman, de Berzeviczy nem maradt sokáig.

Az ügy elintézését azonban nem ismerjük, mert a jegyzőkönyv 282
csonka és folytatása nincs meg.

1569 augusztus 1-én tisztujítás lévén, Berzeviczy helyébe a következő tanévre a magyar nemzet consiliariusává egy olaszt: D. Bartholomaeus Bagialocus Veronensist választák s így az ő
289 neve többé nem szerepel, csak még az augusztus 26-iki gyülésen, melyen az új tanács ajánlatba hozván, «depingere insignia Mag[ci] domini rectoris et syndici, vicarii et consiliariorum in schola nova» miként szokás volt «statim omnes exclamantes *Fiat, Fiat*» az ajánlatot elfogadták.[4]

(Arch. Ant. Univ. Patavinae vol. 11. fol. 189—289.)

[1] Ladislaus Kubinyi. [2] Franciscus Forgách. [3] Forte: Marci.

[4] Ennek a jegyzőkönyvnek nincs folytatása, mert az 1569—1572-iki iratok hiányozván — az 1572 augusztus elseji választáson már nincs is magyar, úgy hogy tanácsosát egy némettel helyettesíté a gyűlés, daczára annak, hogy a Matricula 21. lapján előfordul: Nicolaus Palffy ab Erdedt. Anno domini 1.5.7.1.

27.

Padova, 14. Aprilis 1569.

Rector universitatis Iuristarum Patavini gymnasii pro parte Fausti Verancsics.

Nos Iosephus Dominicus de Meldis, Vicentinus, Almae universitatis Iuristarum Patavini gymnasii rector, universis et singulis fidem facimus et attestamur, infrascriptum esse nostrum scholarem descriptum in matricula et ob id gaudere omnibus et quibuscunque privilegiis scholasticis et exemptionibus datiarum, iuxta statutorum nostrorum seriem. In cuius rei fidem has nostras fieri iussimus sigillique nostri impressione communiri.

Datae Patavii, ex officio universitatis die 14. m. Aprilis 1569.

Antonius Villanus notarius universitatis
mandato subscripsit.

Dominus Faustus Verancius Dalmata, habens cicatricem in fronte.

(Antonii Verancsics Opera vol. V. pag. 358.)

28.

Padova, 1. Augusti 1570.

Natio Germanica Iuristarum de supplenda consiliarium Hungarorum.

Ipsis calendis Augusti (qui dies novi rectoris eligendi auspiciis dictus et consecratus est) omnes nationes Scholae Patavinae ad aedes seu aulam clarissimi capitanei confluunt; sed nulla frequentior nostra. Fit autem ante omnia supplendarum distributio. Nostrae nationi Hispanica obvenit. Sed cum adhuc aliae reliquae

essent, Bohemicaque iam antea pro ordinaria agnita ac confirmata esset, Ungaris multoties vocatis non comparentibus, Bohemicae nationi supplenda adiungitur natio Hungarica, quamvis rite electione consiliariorum et distributione supplendarum facta, duo aut tres Ungari advenerint, suamque nationem multis clamoribus expetierint. Sero tamen ipsis advenientibus ac frustra vociferantibus nationis suae consiliario frustratis, reque infecta discedendum fuit. In Ungaricae ergo nationis consiliarium supplentem eligitur nobilis ac clarissimus vir D. Gregorius a Lydlau Moravus. His peractis, is, quem antea natio nostra unanimi consensu syndicum universitatis esse voluit, sine ulla difficultate omnium sententiis recipitur. Inde ad electionem rectoris deventum. Propositis vero duobus, uno fere ore rectoratus dignitas nobili ac clarissimo viro D. Ioanni Claudio Cretensi iam ante vicerectori defertur. Universitas dimittitur. Rector ad aedes suas magno quidem numero, sed sine ullo armorum strepitu (prout alias fieri consuevit) deducitur.

(Arch. Ant. Univ. Pat. 463. fol. 137. — Brugi : Atti dei Legisti I. 163.)

29.

Padova, 3. Maii 1571.

Paulus Gyulai Gabrieli Kolozsvári.

Paulus Iulanus Gabrieli Claudiopolitano. S. P. D.

Quamquam omnia, quae ad me pertinent, intellecturum te ex nostro Hunyadino[1] sciebam : tamen ne officio amici hominis non fungi videar, hanc ad te exiguam epistolam do. Nam longam dare dolor iste, quem quidem incredibilem ex morte Ser^mi principis nostri[2] percepi, nullo modo patitur. Amisimus amicissime Gabriel columnam, cui salus et incolumitas nostra incumbebat ; amisimus spem iocundae[3] vitae, si quae tamen restabat ex tot Pannonicae gentis cladibus. Nunc restat, ut ad utramque parati fortunam, forti animo quicquid eventurum sit, expectemus. Vereor enim ne nostras oves *Lupus Asiaticus* dilaniet, atque devoret. Sed illius conatus Dii immortales irritos reddant, illumque e coelo fulmine feriant, nam ipsi quidem christiani ad frangendas, vel etiam sustinendas tanti totque secundae fortunae successibus ebriati hostis vires non sufficiunt. Bene vale meque tui studiosissimum, ut valde ames, te summopere rogo. Georgium fratrem tuum meo nomine diligenter salutari cupio. Omnes etiam amicos tuos.

Patavio, V. Nonas Maii. Anno 1571.

Intitulatio : Egregio et nobili iuveni domino Gabrieli Claudiopolitano, etc. Domino et amico meo carissimo ; etc.

Megjegyzés : Papirba nyomott 12 mm. átmérőjű czímertelen gyűrűpecsétjének körirata : PAVL · GIVLAI ·

(Autographum. M. N. Múzeum törzsanyaga, Budapest.)

[1] Demetrius. [2] Ioannes Sigismundus princeps Transylvaniae mortuus 15. Martii 1571. [3] Recte: iucundae.

30.

Padova, 1. Septembris 1571.

Wolfgangus Kovacsóczy Francisco Forgách cancellario.

Illustri et Magnifico viro Francisco Forgacio baroni de Gymes, Transylvaniae cancellario. Volfangus Kovaciocius Pannonius, maecenati suo. S. P. D.

Quicunque alicuius praeclarae rei cognoscendae cupiditate accensi sunt, Vir praestantissime, ii primum admiratione ipsa, quam divinus Plato, cum affectionem philosophicam, tum etiam principium philosophandi appellavit, incitantur, detersisque tandem ignorantiae nebulis ad veram cuiusque rei cognitionem pervenientes tanquam in clarissima aliqua luce constitutos se esse existimant. Quod tametsi multis quotidie in pervestigatione diversarum rerum usu veniat, pauci tamen in tanta hominum frequentia, ea suspiciunt, quae caeterarum omnium rerum, atque adeo sui ipsius admirationem in se complectantur, et quibus non mirantibus desinat esse ipsa admiratio. Plurimi enim eas tantum res, quae in oculos incurrunt, maxima admiratione prosequuntur ; quippe diversa animantium genera terra, marique degentia ; variisque figuris a natura ipsa insignita ; item herbarum, florum, stirpium, fruticum, arborumque sylvescentium mirabiles foetus et figuras, fluitantes porro insulas, ardentes montes, ignemque perpetuo eructantes, aestus maris continuos, ferventes aquas, dulces in medio mari aquarum haustus, salsos, lapidescentesque fontes, et alia quam plurima, quae quidem mirum in modum venustant, ornantque totam hanc universitatis faciem. Sed haec omnia uni dumtaxat homini sunt admirationi, utpote cui summus ille opifex Deus hanc quoque praeter alia excellentia munera affectionem dedit, qua praestaret aliis animantibus. Quid autem est hoc ipso homine admiratore nimirum omnium rerum admirabilius? Trismegistus ille summi nominis philosophus, magnum miraculum, animal adorandum et honorandum appellat hominem, eumque solum duplici natura, mortali nempe altera atque e terra effícta, quam intra se despicit : altera vero immortali illa, coelesti, diisque

cognata, quam perpetuo mentis acie contemplatur praeditam esse asserit, multaque alia ei tribuit, ex quibus summam illius maiestatem, dignitatemque colligere possumus. Quid autem eo praestantius est, cuius usui omnia, quae in universo orbe reperiuntur, deserviunt, et veluti mortali cuidam terrestrique Deo obediunt? Quid eo divinius, cuius animi intentionem nulla aëris caligo, non ipsae Cimmeriae tenebrae offuscare confundereque possunt? Quid eo demum maiore admiratione dignius, quo nihil variabilius, nihil tot excellentissimarum rerum congerie cumulatius, nihil tot animi corporisque praeclaris notis ornatius uspiam cernimus, et cuius corporis ingeniique multiplices figuras atque differentias, nunquam vel animo saltem, cogitationeque comprehendere possumus? Age enim, pervestiga utramque hominis naturam, tam multa illico, tamque varia, utrobique tibi occurrent, ut caeterarum omnium rerum oblitus, ad tui tantum ipsius admirationem te convertas, necesse sit. Quid? aspice imprimis corpus ipsum, et circumfer per omnes illius partes oculos, Dii immortales quanti se statim tibi Prothei obviam dabunt: tantam in omnibus diversitatem videbis, ut vix illud, quod dicit Plato, omnes nos primi illius hominis segmenta esse verum in nobis comperies. Cui enim eadem est cum alio statura, eadem faciei lineamenta, idem aspectus? Hic procera statura erit, forma liberali, colore vivido atque nitido, toto denique corpore erecto, tereti, atque quadrato; ille staturam brevem, distortam, inconcinnam, membra inter se dissidentia, deformem aspectum, pluribusque vitiis ceu notis quibusdam treiciis compunctum, colorem pallidum atque luridum, omnisque gratiae atque venustatis expertem habebit, adeo, ut illum Nereum aliquem, hunc Thersitem ipsum iure dixeris. Sed huius rei cur testes quaerimus? Nonne singulis diebus quotquot conspexerimus subito de omnibus sententias, et tacita quaedam inter nos suffragia ferimus? Hunc pulchrum esse iudicamus, alium vitio turpitudinis notamus, in aliis longitudinem nimiam accusamus, aliis suam brevitatem veluti insignem aliquam labem exprobramus, et sic in singulis, quod aut laudi, aut vitio eis vertamus, invenimus. Taceo hic multas diversas multiplicesque hominum figuras, monstrosasque multorum facies, totum denique coetum illorum, quos Androgynos, Pygmaeos, Pandoras, Cynocephalos, antropophagos vocamus; et alios infinitos, quos quis enumerare valeat? Utique verissimum est illud dictum Plinii, quod cum in facie vultuque nostro sint decem aut paulo plura membra, nullas duas in tot millibus hominum indiscretas effigies existere videmus. Iam vero confer te ad animum, ingens

te hic quoque rerum turba varietasque excipiet, statimque verum illud reperies, quod dicit Fabius, non pauciores esse animorum, quam corporum figuras : atque illud Ovidii «Pectoribus mores tot sunt, quot in orbe figurae». Nemo enim in eadem cum alio sententia persistit, nulli eadem mens est, eadem opinio, idemque cum aliis ingenium, nec denique, ut ait, ille voto vivitur uno. Quod hic concupiverit, id alius abominatur, hic amat, quod non diligit alter, sequitur, quod fugit alius, odio habet eum, quem omnes obviis ulnis amplectuntur, in militiam alius se parat, cuius sola recordatione multi consternantur ; qui vita privata delectantur, illi eam omnium optimam esse existimant ; qui docent paucos laborum suorum socios habent ; discentium exiguus numerus est ; oscitantium et desidiosorum plena sunt fora ; plenae porticus, plena omnia. Alius in amoribus, in ganeo, popinisque consenescit, et perpetuo voluptates ipsas blandissimas dominas consectatur ; hic ad sordidum lucrum, mercaturamque accingitur, alii egregii sculptores, alii optimi pictores, periti geometrae, atque astronomi evadunt ; nonnulli circa incudem, malleos, perpendicula, amussesque perpetuo versantur, aliorum pars vitae in oleo, pars in vino consumitur, et, ut uno verbo expediam, omnes id quam optimum esse ducunt, idque libenter sequuntur, quod animo cuiusque placitum, collibitumque fuerit. Quod cum ita sit, homineque ipso nihil sit admirabilius, ut, qui et in corpore, et in animo infinitam propemodum rerum mirabilium vim in se contineat, cumque omnes in deligenda vitae ratione, ingenii sui inclinationem sequantur praeclare certe ii faciunt, qui hanc hominis mirabilem machinam admirati praestantissimae illius partis studium, curamque amplectuntur. Quorum institutum tanto praestat omnibus vitae humanae actionibus, quanto animus praestantior corpore est. Nobilissimus quippe is est actus, qui ab excellentissima hominis parte, hoc est ab anima ipsa proficiscitur. Docte etiam atque eleganter M. Tullius ; «singularis est, inquit, quaedam natura atque vis animi seiuncta ab his usitatis, notisque naturis, ita quicquid est, quod sentit, quod sapit, quod vult, quod viget, coeleste ac divinum est, ob eamque rem aeternum sit, necesse est». Quis est igitur, qui bona ipsa animi, praeclaram scilicet eruditionem scientiamque non pluris aestimet omnibus Persarum et Macedonum gazis Croesipue illius, et Crassi infinitis illis opibus et divitiis? Ubi enim illae nunc sunt tam accumulatae opes et congesti undequaque[1] auri, atque gemmarum acervi? Brevia haec omnia atque momentanea sunt, saepiusque

ab uno transferuntur ad alium, raroque suos possessores ad postremum usque diem committantur. Qui vero illa optima atque praestantissima animi bona sibi compararit, ille dives, ille honoratus, rex denique regum, ut ait Venusinus ille, et uno tantum minor Iove, atque veluti mortalis quidam Deus erit. Sed hoc non est, cur pluribus verbis confirmemus, cum omnibus palam sit, nihil naturam ipsam praetiosius quicquam, neque salubrius hominibus dedisse praeclara animi eruditione atque ingenii egregiis luminibus. Itaque his litterarum studiis statim a puero ita delectatus sum, ut quod multi in iis praecipue teneris annis coacti faciunt, id ego sponte, lubensque praestarem, nullumque laborem, qui tum a praeceptoribus in iis addiscendis imponebatur, subterfugerem. Atque nescio postea, quo fato ab iis abstractus cum in adolescentia multos annos frustra contrivissem, tua demum ope post liminio redeuntem me benigne blandeque ad se receperunt. Equidem cum omnes homines natura scire desiderent, ego tanto sciendi desiderio tenebar, ut maximum morbum summamque animi aegritudinem ignorantiam esse putarem. Et licet adhuc vix in ipso scientiae vestibulo pedem fixerim: tamen vel ipsa tantum admiratione sapientiae augustissimoque illius nomine mirifice me affici, atque recreari sentio, nec invitus poenam ignorantis subeo, quae est, teste Platone, ut discat. Quamobrem non parvam ego felicitatis partem consequutus esse mihi videor, quod te virum animi elegantia, morum praestantia, et multi iuga omnium liberalium disciplinarum cognitione praeditum studiorum meorum, patronum, fautorem, approbatoremque nactus sim, cuius et amorem illum erga me singularemque benevolentiam, vita ipsa mea chariorem esse duco, et omnia dicta praeceptaque Pythii oraculi instar religiosissime semper atque constantissime apud me retineo. Quemadmodum autem, tunc quoque, quando una tecum vixi, nihil quicquam charius, gratiusque habui, quam, ut te imitarer; nec facta tantum omnia, sed dicta etiam tua diligenter observarem, teque totum, si potuissem exprimerem, atque in omnibus rebus, actionibusque meis, ad tuum me nutum voluntatemque componerem: ita nunc quoque a praescripto voluntateque tua, et ab eo, quod te velle, probareque cognovi[2] ne latum quidem unguem recedere volo. Et quis est, qui te non quam libenti, alacrique animo audiat, iussaque tua non exsequatur, cum ad omnium gloriam virtutisque arcem contendenti nulla alia compendiosior planiorque via esse possit ea, quam tu illi praemonstraveris, et cuius iudex ipse arbiterque fueris? Sed de tuis summis laudibus, praeclarisque virtutibus,

quarum expressissimam quandam imaginem prae te fers plura scribere instituti mei ratio non patitur, dabitur aliquando occasio, cum videlicet, et in maiori re fuerimus, et otium ad scribendum uberius habuerimus, scribendi de his aliquid eximiaque animi tui ornamenta commemorandi. Nunc autem cum fama electionis illustrissimi herois Stephani Bathorei in principatum provinciae illius ad nos perlata in ea forte tempora incidisset, quibus nobis sub ardenti anni sidere, a maioribus gravioribusque studiis feriae dari solent, videremque nemini in Italia de summis tanti viri laudibus, deque hac amplissima honoris illius accessione scribendi aliquid tantum onus incumbere, quam mihi; ut pote quem iam pridem in clientelam suam recepisset, nec obscuram studii benevolentiaeque suae in me significationem edidisset, opportunitati huic et officio meo deesse non potui, quin aliquid de summa illius gloria, vel tenui hac pinguique, ut aiunt, Minerva scriberem. Qua in re ita me gessi, ut maluerim experiri periclitarique vires meas, quam requiri a me officium meum. Scio autem, quam grave periculosumque sit de summis viris, quorum virtutes in excelso sunt positae, aliquid scribere, in quo multi etiam eruditissimi viri saepius voto suo frustrari solent, dum non satis eorum, de quibus scribunt, facta, dicta, voluntates, animosque cognitos et exploratos habentes suo quodam impetu animi ceu repentino aliquo vento concitati multa futilia, atque inania produnt. Quod ne mihi quoque cum in scribendo inexercitato, exiguisque instructo copiis : tum etiam ea, quae hic requirebatur rerum cognitione destituto, eveniret, ea tantum his scriptis complexus sum, quae vulgatissima, ex summis illius virtutibus, atque adeo notissima omnibus essent ; ea autem quibus ille longe maioribus praeditus esset, quae nimirum attingere ingenium meum non potuit, omittenda potius duxi, quam scribendo exspectationem opinionemque vestram fallere. Quod si tibi tenuis, et exiguis succincta viribus videbitur haec oratio mea, memineris statim virium nostrarum ingeniique imbecillitatis. Scis enim maximum atque difficillimum esse scribendi artificium, nec nisi longo studio, altissima memoria, praesentissimo iudicio, assiduoque usu et exercitatione comparari. Quae omnia cum desint nobis, venia danda est benemerendi cupiditate accensis, etiam si rem, ut volumus, non consequamur. Lucubratiunculam autem hanc meam in tuo potissimum nomine apparere volui, tuoque iuducio subiicere, ut si illam probares principi ipsi meo nomine munusculi litterarii loco offerres, sin minus, eam comprimeres. Tuus enim hic foetus est, qualiscumque est. Ad quod

munus obeundum nemo nobis te aptior visus est; ut qui et antea ob sanguinis propinquitatem ipsi principi carissimus fueris, et nunc eo in illum amplissimum dignitatis gradum collocato, secundum apud eum honoris locum obtineas. Munus itaque, si tibi placebit, apud eum verbis ornabis. Quod, ut facias, te etiam atque etiam vehementer rogo. Vale.

Patavio, Calendis Septembris MDLXXI.

(Dedicatio operis auctoris «De laudibus Illustrissimi Stephani Batorei de Somlio, creati vaivodae Transsilvaniae» intitulati et Venetiis 1571. excussi.)

[1] Mendose: undiquaque. [2] cognovere.

31.

Padova, 5. Aprilis 1572.

Ioannes Liszthy Hugoni Blotz.

S. P. Praeceptor observande.

Mox post discessum tuum venerunt ad nos Dominus Kubinius[1] et Nicodemus, adferentes Vienna litteras, iam diu a te expectatas, a domino Benedicto Zerchekio. In eis enim credo esse inclusam (ut mihi videtur) mensuram digiti ipsius una cum aureis. Eas nunc ad te misissem, nisi de fide tabellariorum dubitassem; praeterea etiamsi misissem, donec eo pervenissent, credo te, annulum Zerchekii veredario Polonico iam dedisse. Quid igitur faciendum sit, nescio, mittendumne tibi, an apud me usque ad adventum tuum retinendum esse. Quare mihi per litteras significes, quid facto opus sit. Si enim volueris, ut ad te mittam, brevi exequar. Haec brevibus atque festinanti calamo ad te scripsi. Si quid aliud esset, quod te scire velle putarem, ad te perscriberem. Tu velim dominum Huttenum et dominum Zindelinum[2] ex me officiosissime salutes. Dominus Nicolaus[3] et omnes nostri tibi salutem ascribi iusserunt. Vale.

Patavio, 5. die mensis Aprilis. Anno Domini 1572.

Tuus ad obsequendum in omnibus paratissimus discipulus

Ioannes Listhius D.

Intitulatio: Al molto Magnifico et Eccellente Dottore, il Signor Hugone Blotio Bas-Alemanno. Vinetia. In casa del Magnifico Signor, il Signor Ludovico da Hutten, gentilhuomo Tedescho in corte della Mali Piero a S. Lorenzo.

(Autographum. Hofbibliothek, Wien. Codex 9737 Z. 14. No. 108.)

[1] Vladislaus. [2] Wolfgangus. [3] Forsan: Pálffy.

32.

Padova, 8. Octobris 1574.

Capituli ecclesiae Patavinae certificatio de eo, quod Gregorius Horváth Stansith de Gradecz constituit procuratores.

Nos Ludovicus Zalbarella archiepiscopus,[1] canonici et capitulum ecclesiae Paduanae. Memoriae commendamus per praesentes, quod Gregorius Horváth aliter Stansith de Gradecz coram nobis personaliter constitutus in omnibus causis suis et eorum articulis, tam per ipsum contra alios, quam per alios quospiam contra ipsum in quibuslibet terminis iudice et iustitiarum regn Hungariae ecclesiastico nimirum ac secularium a dato praesentium per anni circulum motis vel movendis Egregios et nobiles Gregorium de Beyer . . .[2] constituit et ordinavit suos meros procuratores, ratum atque firmum se promittens habiturum quidquid per praefatos suos procuratores simul vel discessim exhibitum seu videlicet exhibiturum actum factumque et procuratum fuerit ini causis suis universis.

Datum Paduae in ecclesia nostra Paduana in cancellaria capituli nostri, currente anno in Nativitate Domini 1574, indictione secunda, die Veneris octavo mensis Octobris, pontificatus Sanctissimi in Christo patris et D. N. Gregorii Divina providentia Papae XIII-mo, praesentibus nobilibus Iacobo Bagneo et Wolfgango Kovacioci.

(Wéber Samu: Grádeczi Stansith Horváth Gergely és családja — Késmárk, 1896. — pag. 133—134.)

[1] Nyilván csak czimzetes volt, mert a valóságos paduai érsek ezidőben Nicolaus Ormanetto.

[2] Elhagytuk a többi 21 hazai megbizott nevét, kiknek ismerete nem bővíti paduai tanulóink számát.

33.

Padova, 23. Octobris 1574.

Wolfgangus Kovacsóczy Hugoni Blotz.

S. P. Accepi litteras tuas, ex quibus cognovi, quid de discessu vestro statueritis, qua tamen in re vos molestia illa et difficultate rei pecuniariae non carere, valde doleo. Sed tamen haec quoque (ut ego existimo) quando alia parata ad iter habueritis, facile corrigi a vobis superarique poterit, cum non sint defuturi, qui hac in re lubenter usibus vestris inserviant. Mathias Polianius, popularis meus, una cum discipulo suo,[1] ut vobiscum iter hoc conficiat,

maiorem animum quam vires habet ; siquidem nondum est ea valetudine, ut aptus esse posset tanto itineri, hoc praesertim iniquissimo iam, ut vides, anni tempore. Verumtamen, quia ita est omnino animatus, ut nullo modo (nisi quid gravius accidat) hanc sibi opportunitatem elabi patiatur, orat te iterum atque iterum, ut quamcunque de discessu hoc vestro rationem iniveritis, eam sibi quoque vobiscum communem esse velitis. Nam sive currus, sive equi conducendi vobis erunt, in numerum se plane vestrum reponi adscribique cupiunt. Qua de re litteras tuas avide exspectabunt. Qui te et Listhium plurimum salutant. Cum te una cum Schvendio,[2] ut ex me quoque diligentissime salutes, te summopere rogo. Novi, si vel ex Hungaria aliquid, vel ex aliis partibus habueris, rogo ad me scribas, litterasque huc in Porciam in domum doctoris Petrellae mittas. Vale, mi Bloti, et me tui amantissimum esse certo puta.

Patavio, 23. Octobris 1574.

Tui amicissimus V. Kouaciocius.[3]

Intitulatio: Al molto Magnifico Signor Hugone Blotio, Signor et maggior mio osservandissimo. Raccomandata al Signor Giovanne Unterholzer nel fontigo di Tedeschi al No. 33. Venitia.

(Autographum. Hofbibliothek, Wien. Codex 9737. Z. 14. No. 429. Erdélyi Múzeum 1910 : 49—50.)

[1] Gregorius Horváth Stansith de Gradecz. [2] Lazarus Schvendi.

[3] Adnotatio Blotii : Volfgangus Couaciocius Ongarus, domini Martini Berzevicei contubernalis. (Codex 9708. fol. 116.)

34.

Padova, 28. Ianuarii 1575.

Wolfgangus Kovacsóczy Hugoni Blotz.

S. P. Quod Nicasi[1] litteras ad me miseris, functus in eo es officio amicissimi hominis, pro quo tamen habeo etiam tui gratiam. Litterae autem tuae, quod ex eis perspicio amorem illum, quo me semper, quae tua est humanitas, complexus es, nulla ex parte nunc quoque esse immutatum, ita me delectarunt, ita demum tibi obstrinxerunt, ut omnia iam me tibi debere putem ; omniaque, quae optabilia in hac vita sunt, tibi ex animo cupiam. Quod dixisse breviter volui, ut scires, quanti te faciam et quantum amori huic nostro amicitiaeque tribuam. Quid iam de rebus tuis statutum habes, cupio scire quam avidissime. Equidem cupio summopere, ut dignus aliquis virtuti meritisque tuis locus tibi contingat, qui nec deesse tibi, propter summam patroni tui[2] gra-

tiam poterit, et certe debetur ingenio praestantique eruditioni tuae. Haec breviter et ipse in summis studiorum occupationibus ad te scripsi, ut haberes hanc ceu indicem aliquem animi in me tui epistolam. Vale, mi Bloti, et me, ut coepisti ama.

Patavio, 28. Ianuarii 1575.

Tui amantissimus : V. Kouaciocius mpr.

Intitulatio : Excellentissimo atque doctissimo viro, domino Hugoni Blotio, summo iurisconsulto. Amico observandissimo. Viennae.

(Autographum. Hofbibliothek, Wien. Codex 9737. Z. 15. No. 3.)

[1] Ellebodius. [2] Ioannes Liszthy episcopus Iaurinensis.

35.

Padova, 12. Martii 1575.

Wolfgangus Kovacsóczy Hugoni Blotz.

S. P. Recte sentis de amore in te meo, daboque, mehercle, operam, ut perpetuo ita sentias. Ego amorem tuum magni facio, amoque te, ut debeo, plurimum. De Berzeviceo nostro ego iam diu nihil habui, nec scio, quomodo vivat, aut quid in Dacia[1] faciat. Miror tamen summopere silentium eius, cuius nullam apud me causam reperio. Ita in illo angulo, tamquam cochleae intra testas delitescunt, tacentque homines. Tu autem, qui propius illis es, certiora posses de illis habere, oroque, ut erigas[2] aures, et si quid de eis audiveris, ad me statim perscribas. Ad Berzeviceum autem, nacto aliquo tabellario, qui ibi tibi indies deesse non poterit, suadeo, ut statim scribas, nec opus est, ut hac in re illius aut opera, aut auxilio te munias, quando quidem de eius in te animi amore atque benevolentia tam certus esse potes, quam qui maxime, ut nulla prorsus, aut commendatione, aut intercessione egeas. Ad Duditium[3] autem scripsi brevem hanc epistolam, quam ei cum tuis litteris mittere poteris.[4]

Nolui autem, etiamsi quam maxime potuissem, verbosiorem de te ad eum epistolam scribere, cum et eius liberalem in omnes doctos atque virtute praeditos viros animum, studium amoremque probe cognitum habeam, et tua etiam virtus probitasque tanta sit, ut nullam alterius commendationem, nullos externos colores ornamentaque orationis requirere videatur. Scribe ad me de tuis rebus, quando aliquid de eis constitueris. Doleo tibi eam occasionem, quam scribis, tam levi frivolaque excusatione esse ademptam. Cur Listius et tu Caesarem et cancellarium[5] ad ea comitia secuti non estis? Pinello tuas statim restituam. Hic

nihil novi est. Ioannem Ioó amicum communem, quaeso saluta, et si quid habes de nostris illis comitibus, nostris popularibus, qui huc se iterum redituros promiserant, velim significes. Listium vero tuum vel nostrum potius quam officiosissime ex me saluta. Vale.

Patavio, 12. Martii 1575.

Tui amantissimus : V. Couacciocius mpr.

Has ad Duditium, gemma alicuius obsignatas, si tibi videbitur, ad Duditium mittas.

Si qua in re tibi usui esse possum, ita, mi Bloti, opera mea utaris, ut tua; hoc enim amor noster mutuus postulat, libertatemque ipsam atque ingenuitatem requirit amicitia etc.

Scripsi ad Nicasium quoque nostrum, si forte eius litteras apud veredarium videris, oro, ipse eas Posonium ei mittas.

Inscriptio : Excellentissimo domino Hugoni Blotio, domino et amico suo observandissimo. In aedibus Reverendissimi domini episcopi Iauriensis, cancellarii Hungariae Caesareae M[tis] Viennae.

(Autographum. Hofbibliothek, Wien. Codex 9737. Z. 15. No. 19.)

[1] Erdélyt e régi neve nem illette meg, de azért néha régieskedők szeszélyből használták. [2] Mendose : erige.

[3] Dudith András, a ki püspöki czíméről lemondván megházasodott és ekkor Miksa főherczeg küldöttjeként Lengyelországban tartózkodott.

[4] Vide sub No. 36. [5] Ioannes Liszthy episcopus Iaurinensis.

36.

Padova, 12. Martii 1575.

Wolfgangus Kovacsóczy Andreae Dudith.

S. P. Hugo Blotius, Belga, vir in omni literatura doctissimus omnique virtutum genere ornatissimus, qui hic in Italia aliquot annos studiis atque institutioni filiorum Listii ac Schuendii praefuit, nuncque iam Viennae cum Listio discipulo est, tibi per me innotescere atque in album eorum plane recipi, quos clarissimarum virtutum nominisque tui fama devinctos tibi obstrictosque reddidit, etiam atque etiam desiderat. Quare mihi, nec de huius, quem tibi commendo, praeclara eruditione optimis moribus, summaque victute, longior consumenda oratio est, neque abs te pluribus contendendum, ut ei aditum ad clientelam amicitiamque tuam praebeas, tantum oro da operam, ut is intelligat, quantum ego te amem colamque, quantumque commendatio haec mea ponderis apud te habeat. De aliis rebus meis scripsi antea ad te, expectoque, ut tu iam aliquid ad me scribas et praesertim de illo viro, quem nosti, a quo ego a toto eo tempore ne pilum quidem litte-

rarum accipere potui. Quod quale sit, facile existimare poteris. Historiae Sigonii[1] iam in lucem tandem prodierunt, Venetiis typis Tiletti excusae ; leguntur, ut video et laudantur ab omnibus, quas tamen adhuc mihi attingere propter alia studia non licuit, neque fortassis licebit. Ingens est volumen (XV enim sunt libri) nec facile in tam longinquas terras mitti potest. De aliis libris nihil adhuc explorati habeo. Vale, mi patrone.

Patavio, 12. Martii 1575.

Michael Paxius popularis noster ante paucos dies venit huc ex Galliis cum quibusdam nobilibus adolescentibus Polonis, quorum alios uxori quoque tuae sanguine iunctos esse intelligo. Nunc in thermis hisce proximis, scabiem cutisque quaedam vitia, quae in Gallis contraxerunt, sanant.

Tui studiosissimus et addictissimus : V. Kouaciocius.

Intitulatio : Magnifico domino Andreae Duditio, consiliario et in Polonia internuntio S. Caesareae Maiestatis etc. Domino et patrono suo observandissimo. Cracoviam.

(Autographum. Hofbibliothek, Wien. Codex 9737. Z. 15. No. 17.)

[1] Carolus Sigonius historiographus, ab anno 1560 professor Patavinus.

37.

Padova, 28. Maii 1575.

Doctoratus Wolfgangi Kovacsóczy doctoris medicinae.

Die 28. Maii 1575. Coram[1] Reverendo domino Nicolao Galerio in episcopatu Paduae vicario, meque[2] etc. Comparuit D. Olphangus Covasotius[3] Ongarus, quondam Ioannis Ongarus, artium et medicinae scolaris, ut profiteretur fidem catholicam, iuxta litteras apostolicas, volens Deo devote promoveri ad gradus doctoratus.

R^{dus} dominus mandavit formare processus.

Examinatus fuit[4] Excellentissimus D. Bernardinus Petrella testis assumptus, qui iuratus . . . deposuit :

El Signor Olphango è gentilhuomo da bene, catholico et religioso, et vive secundo rigorosi della Chiesa Romana, et si siamo confessati et comunicati insieme et più volte canta messe et officii divini et per tale è riverito et respettato da chi lo conosce, nè mai de lui sentì, nè si ha sentito heresiae alcuna.

Examinatus fuit D. Marius . . . testis assumptus, iuratus deposuit, ut infrascriptum :

Io conosco el Signor Olphango per homo da bene et fidel christiano che lo visto, et siamo stati insieme più fare et messa, et officii divini

et se siamo ancho confessati et comunicati insieme, nè mai ho sentito de lui, nè da lui heresia alcuna, et per tale portemento è reputato da tutti che lo conose.

R[dus] dominus admisit[5] ipsum ad legendum litteras apostolicas. Qui acceptis litteris apostolicis in manus suas, eas legere [alta et intelligibili voce] incipiens ibi: Ego Olphangus Covasotius [fide firma credo et profiteor] usque in finem et iuravit [se credere etc.] in eis etc.

Dicta die Sabbati, 28. Maii 1575. Promotus fuit in artibus et medicinae doctor D. Olphangus Covasotius, nemine poenitus, pronuntiatus a R[do] domino Nicolao Galerio.

Insignium promotores: [öt tanár.] Praesentibus Excellentissimo domino . . . domino . . . [két olasz], domino [két lengyel tanulótársa] et domino Michaele Cormaeo Paxio Ongaro testibus et aliis.

(Arch. cap. Patavini Dottorati vol. 1570—1579.)

[1] Folytatását egy előbbi jegyzőkönyv formulájából pótoltuk.

[2] Ez a vicariatus cancellariusára vonatkozik, a ki a jegyzőkönyvet hivatalból vezette. [3] Irva így: Cohasocius.

[4] Tulajdonképpen így írta: *Examinata fuerunt*, de azután eszébe jutott, hogy külön közölje a két tanú vallomását, elfelejtvén kijavítani a hibás mondat-indítást.

[5] Folytatása egy más jegyzőkönyv formula-szavaival.

38.

Padova, 16. Iulii 1575.

Wolfgangus Kovacsóczy Hugoni Blotz.

S. P. Responsurus eram iam diu tuis suavissimis litteris, nisi me subito multa quaedam et mea, et aliorum negotia, veluti procella quadam, obruissent. Nunc iam paululum respiravi, lectisque iterum cum summa voluptate litteris tuis, tibi respondere volui. De apostemate illo, quod te tantopere divexavit, scribere nihil iam ad te attinet, quando puto te eo iam pridem liberatum firmiore iam multo valetudine esse. Si quid iam forte a Duditio litterarum accepisti, cupio ex te cognoscere, ad quem iterum has inclusas quamprimum mittere oro te, ne graveris.[1] Quod tibi praefectura illa bibliothecae Caesareae contigerit, id equidem quia honorificum et utile tibi esse video, ea animi voluptate intellexi, quam ex amicissimi hominis optima fortuna, capere potui omnium maximam. Itaque gratulor tibi de hoc honore, mi Bloti, etiam atque etiam, praecorque ex animo, ut ex eo et decus, et commoda summaque omnia, quae optas, consequi queas. Quas miseras ad

Bagneum litteras statim ei reddidi. Plura ad te scriberem, sed quia nec ubi sis, nec quid agas, satis compertum habeo, brevior esse cogor. Si forte Pragam ad aulam es profectus, cupio, ut id mihi statim perscribas, addasque simul de iis rebus aliquid, quae ibi circumferuntur, ut quid in ea orbis parte agantur, nos hic, ubi in maximo silentio vivimus, cognoscere possimus. Ubi autem tuus Listius sit et quid agat, nihil scripsisti, aveo id quoque intelligere. Saluta, quaseo, ibi omnes amicos et praecipue Listium ipsum, Kubinium nostrum et Ioannem Joó, nam de aliis nihil certi habeo. Scripsi antea ad Kubinium, nescio, utrum acceperit litteras meas. Tacet enim, quod signum est, eum non accepisse. Vale, mi Bloti et rescribe.

Patavio, 16. Iulii 1575.

Tui amantissimus: V. Kovacciocius mpr.

Intitulatio: Excellentissimo et doctissimo Hugoni Blotio, praefecto Bibliothecae Caesareae etc. Domino et amico observandissimo. Viennae vel in aula Maiestatis Caesareae.

[1] Vide sub No. 39.

(Autographum. Hofbibliothek, Wien. Codex 9737. Z. 15. No. 96.)

39.

Padova, 25. Iulii 1575.

Wolfgangus Kovacsóczy Andreae Dudith.

S. P. Scio propter maximas continuasque occupationes tuas factum esse, ut iam diu nihil ad me scripseris, neque ad eas litteras, quas ad te diversis temporibus dedi, quicquam hactenus responderis. Quod ego silentium tuum, quia nihil a te absque summa ratione fieri posse certo existimo, aequo animo fero, eoque etiam libentius, quod aliis quoque idem evenisse intelligo, in quibus quidem Forg[achiu]s[1] patronus meus est, qui ad aliquot suas ad te scriptas litteras, responsum se abs te habere non potuisse, non obscure indignatur. Quae res quomodo acciderit, divinare non possum; sat sit, ut intelligas, Forgachium ipsum, quod ego tam diu pecunia illa caruerim, culpam omnem in te coniicere. Ioannes ille Pedemontanus, qui huc negotii illius conficiendi causa missus erat, iam aliquot dies sunt, ex quo hinc discessit, cum diu multumque ecquid tu de repraesentanda illa Forgachii pecunia, ad eum scriberes, expectasset. Sed ego hac de re, cum ignorem ea, quae statuta fortassis inter vos habetis, scribere nihil possum.

Ego cogor iam studiis istis meis finem imponere, nam multa sunt, quae me avocant, quae omnia scio te pro tua eximia pruden-

tia, me etiam tacente, cognoscere posse. Expectabo igitur iam indies et viaticum aliquod, et litteras patroni, in quibus me de voluntate sua certiorem faciat. Interea, si quid me hic tua causa facere volueris, iubeto, cum habeas me ad omnia iussa mandataque tua promptissimum. Spatium autem toto hoc autumno et in principium usque hiemis scribendi amplum satis adhuc habetis, ante quod tempus, etiamsi omnia votis meis responderint, Patavio me non commovebo. Berzeviceium quoque nostrum huc venturum putabam, sed iam video eum mutasse sententiam. Socolovium[2] te iam vidisse scio, cui ego discedenti nihil ad te litterarum dare potui. Comitia vestra de eligendo novo rege in futurum Septembrem reiecta esse, hic iam certo feruntur. De nostro imperatore[3] hic multi optimam spem conceperant. Hic nihil est novi, quod quidem ego ad te scribere possem, nam Genuensium discordias nosti, quarum funestum fortassis aliquem exitum brevi videbimus. Vale, mi patrone.

Patavio, 25. Iulii 1575.

Tui studiosissimus et addictissimus: V. K[ovaccio]cius mpr.

Intitulatio: Magnifico domino Andreae Duditio, consiliario et in Polonia internuntio S. Caesareae Regiaeque Maiestatis etc. Domino patrono suo observandissimo. Cracoviam.

(Autographum. Hofbibliothek, Wien. Codex 9737. Z. 15. No. 99.)

[1] Franciscus. [2] Stanislaus Sokołowski. [3] Maximilianus II.

40.

Padova, 12. Augusti 1575.

Wolfgangus Kovacsóczy Hugoni Blotz.

S. P. Etsi iam aliquot ad te litteras dedi, nullumque adhuc responsum ad eas a te habui, tamen cum hic amicus Ioannes Torbechius, iuvenis optimus atque doctissimus, de sua in eas partes profectione me admonuisset, committere nolui, quin has denuo ad te scriberem. Quod eo etiam feci libentius, quod hic idem amicus te cognoscere tuaque frui familiaritate, mirum in modum exoptat, voluitque, ut has ipsemet ad te perferret, quo te salutare tibique per eas innotescere posset. Quare, quid opus est me plura hac de re tibi scribere? Scio enim, te quamprimum eum conspexeris, animumque eius et praeclaram in te voluntatem cognoveris, statim et amore, et benevolentia, et omni denique officii genere, quae tu pro tua summa humanitate in omnes amicos prolixe deferre soles complexurum illum, prosecuturumque esse. Hoc certe velim

scias, tanta esse hunc et probitate, et morum suavitate, mansuetudine, eruditioneque praeditum, ut et tua, et omnium amicitiae sit dignissimus. Quem, quia, ut spero, iam in tuam amicitiam posui, oro te, mi Bloti doctissime, ita videas, uti amicum et quidem ab eo, qui te summopere amat plurimique facit commendatum. Nova, si quae nunc hic sunt, omnia ab eodem intelliges. Hoc tantum scribere ad te volui. Vale.

Patavio, 12. Augusti 1575.

Tui amantissimus: V. Kouacciocius mpr.

De Hungaris illis, qui anno superiori vobiscum hinc discesserant, si quid habes, quaeso, scribe ad me, et utrum Nicasius noster in Belgium ad suos profectus sit, ubi Listius sit, nunquam adhuc ex tuis litteris cognoscere potui. De rebus Dacicis, si quid habes, oro te, perscribas ad me, hic enim varii rumores de ea provincia sparguntur, qui quia nullum auctorem habent, suspecti mihi esse videntur.

Intitulatio: Excellentissimo domino Hugoni Blotio, praefecto Bibliothecae Sacrae Caesareae Maiestatis etc. Domino et amico observandissimo. Viennae.

(Autographum. Hofbibliothek, Wien. Codex 9737. Z. 15. No. 105.)

41.

Padova, 22. Augusti 1576.

Natio Germanica Iuristarum de obitu Valentini Bakfark Pannonii.

Anno 1576 die XXII. Augusti eadem illa contagione [pestis] absumitur Valentinus Grevius Transylvanus, Bacfarti nomine plerisque notissimus; qui cum ob insignem artis Musicae peritiam et psallendi suavitatem nominis sui famam apud omnes maximam fecerit, causa haec nobis fuit, ut eius, qui alias collegium nostrum non pertinuerit, mentionem tamen faciendam existimaremus, ne scilicet *cuius vita tam clara fuisset, eius mors ignoraretur,* quamvis satis id nobis esse poterat, quod sicut origine Germanus fuit, ita semper se Germanum haberi voluerit. Humatur ad Divum Laurentium.

(Arch. Ant. Univ. Pat. 463. fol. 168. — Brugi: Atti dei Legisti I. 204.)

42.

Padova, 24. Augusti 1576.

Natio Germanica Artistarum de obitu Valentini Bakfark Pannonii.

Quamvis vero inter Legistas non pauci, iique praecipui, a peste absumerentur, quorum antesignanus fuisse videtur Wolf-

gangus a Creutzen nobilis Borussiacus, in templo ad Divam Sophiam, ubi nostrorum sepulchrum est, conditus, similemque fortunam exinde perpessi . . . inter nostros tamen, quod sciam, toto hoc tempore (post Deum O. M. artis Asclepiadeae beneficio) amisimus neminem, nisi in hunc catalogum referre placeat Valentinum Greffium Bakfarcium, Pannonium quidem sese vulgo profitentem, at qui semper tamen pro Germano agnosci et haberi impense voluerit ; debet autem nomen eius eo minus hic silentio involvi, quod, quamdiu vixit, ipse artis suae praestantia illud longe clarissimum ubique locorum effecit. Neque facile vel opulentia, vel principum virorum patrocinio, a quibus saepissime expetitus est, caruisset, nisi in extrema maxime aetate libertatis plus nimio studiosus, suo potius nutu quam aliorum vivere maluisset, more excellentibus ingeniis in quavis laudabili arte peculiari, quae cum suo quodam interno impetu sursum ad sibi cognatas sedes tendant, aegerrime sese ab aliis deprimi patiuntur, ἀπόφθεγμα illud Pompeianum secuta, quod Marcus Cicero ipsi frequenter in ore fuisse refert αἰὲν ἀριστεύειν καὶ ὑπείροχον ἔμμεναι ἄλλων. Extinctus est autem ferme cum tota familia hic noster, qui in arte tractandi fideis, quam etiam plurimis inventis novis adauxit, parem non agnovit 22. die mensis Augusti, humatus postridie ad aedem Divi Laurentii, non procul ab Antenoris monumento. Testari poterit quomodocunque de illius eminentia volumen illud cantionum musicis numeris pro pulsandis chordis adaptatum, et aliquando sub nomine Serenissimi regis Poloniae Sigismundi Augusti (in cuius aula diu servivit) publicatum. Verum videremus et alia his non inferiora vel potius longe maiora et elaboratiora, nisi ipse paulo ante obitum, cum testamenti formulam confecturus esset, ea sua manu, invidiae agitatus stimulis, Vulcano tradidisset.
(Arch. Ant. Univ. Pat. 470. fol. 81.— Favaro : Atti degli Artisti I. 106—107.)

43.

Padova, 24. Iulii 1578.

Natio Germanica Iuristarum de monumento in memoriam Valentini Bakfark Pannonii erecto.

Superius ab antecessore meo dictum est, quomodo Valentinus Grevius dictus alias Bakfark, cuius nomen propter insignem Musices peritiam apud omnes fere gentes cognitum est, hic Patavii peste corruptus obierit. Cum autem non tantum in bonis reliquisset, ut ipsi monumentum, prout merito res postularet, extrueretur : indignum fore putavi tanti viri et de natione tam bene meriti

sepulchrum ignorari a posteris. Quare misso per pidellum diplomate, Nationem rogo, ut in grati animi significationem aliquantulum pecuniae contribuat, quo illi momumentum erigi possit. Qua in re ita prompte et benevole sese retribuit, ut ad 40 circiter Coronatos fuerit collecta. Addiderunt praeterea Medici Coronatos 6.[1] Hac pecunia quamprimo quoque tempore ad Divum Laurentium, ubi est sepultus antea, monumentum ipsi fieri curavi.

(Arch. Ant. Univ. Pat. 463. fol. 181'. — Brugi: Atti dei Legisti I. 213.)

[1] De hoc consiliarius nationis Germanicae Artistarum anno 1578 haec commemoravit: Iulio denique mense praeterito, unanimi consensu et contributione Nationis Germanicae facultatis utriusque, Valentino Grefio Bakfarthio, musico excellenti, cuius a praecedentis anni consiliario in Actis nostris etiam honorifica facta est mentio, qui cum aliis peste praeterita extinctus hic fuit, ad instantiam testamenti ipsius executorum epitaphium ut poneretur in aede Divi Laurentii, constitutum fuit. Nomina nostrorum, qui aliquid ad sumptos istos contulerunt gratae memoriae causa, in cista aerarii nostri descripta reponuntur. (Arch. Univ. Pat. vol. 470. fol. 109. — Favaro: Atti degli Artisti I. 140—141.)

44.

Padova, 1. Decembris 1578.

Leonardus Unch Ioanni Gálffy de Gerend.

Ioanni Gálffyo viro magnifico et nobili, Leonhardus Uncius Transylvanus S. P. D.

Cum ex Transylvania in Italiam, non cum parva molestia, longissimum hoc meum iter, excollendi ingenii gratia, nobilissime Ioannes Gálffy, confecissem, inveni omnia periculis et luctibus plena: Venetias enim et Patavium lues ista contagiosa, quam nos pestem vocamus, ita vehementer invaserat, ut paucissimis diebus multa millia hominum hac miserrime interierint. His in periculis omnia studiorum, artium et scientiarum, cessabant exercitia: quilibet, ut rebus suis et vitae melius consuleret in his calamitatibus, locum, in quo tutius vivere possit, quaeritabat. Patavium urbs, sedes et domicilium liberalium artium et scientiarum, spretis Musis et Apolline ipso, deserta relinquebatur. His etiam ego in angustiis non parum mihi metuens, Patavium desero, Euganeos inter colles, valetudinis causa, quottidie cogitabundus expatior: qui plus amoenitate sua, quam omnium medicorum tum temporis pharmaca, poterant. Ne tamen in otio et cessatione ista studiorum torpescerem, fertilissimi et nobilissimi omnium regnorum, quamvis nunc miserrimi regni Ungariae status mihi in mentem venit: quem cum penitius considerarem, omnino

numeris poeticis immortales res Ungarorum includere non dubitavi, tum propter otium, tum quod hoc nemo ante me tentaverit : quamvis de ruinis Ungariae doctissime Christianus Schaeseus P. L. Poematum meorum candidus iudex, scripserit. Non puduit autem hunc meum qualemcunque libellum Amplitudini Tuae donare, tum quod et ipse apprime doctus sis et in rebus historicis versatus : tum etiam propter Stephanum Gálffyum iuvenem nobilem, quo cum familiarissime Patavii mihi vivere contigit. Nihil igitur impudentius fecisse videbor, etiamsi familiarius, quam, ut debebam, scripserim, si haec mea Poemata eo, quo fas est, animo acceperis : invenies enim hic aliqua, quae si non iuvare, tamen delectare poterunt. Caeterum de amplitudine et Maiestate regni Ungariae et de primo ingressu Hunnorum in Pannoniam, aliquid adiicere supervacaneum esse putavi : cum de his rebus in principio libri sui Antonius Bonfinius et Ransanus, disertissime scribant. Hoc solum dolendum est, amplissimum hoc nostrum regnum in tam arctum locum deductum esse, ut vix fimbriae veteris illius Ungariae in manibus christianorum remaneant. Haud tamen in hac angustia succumbamus, sed veterem istam patriam regnum nobilissimum a Deo Optimo Maximo petamus, quam haud dubie assiduis precibus et concordia impetrabimus.

O utinam Savus et Dravus, Tybiscus et Ister,
Pulchraque in excelsis Buda locata iugis,
Bathoreis sese dedant pulso hoste clientes,
Libera Pannoniis possit, ut esse fides.

Ungariae nihil utilius, nihil ipse videret
Gratius, o animo Iupiter ipse suo.
Sed quod vota volunt in fatis semper habemus,
Adque pias sequitur gratia prompta preces.

Patavii Antenoris Kal : Decembris M. D. LXX. VIII.

(Dedicatio operis auctoris «Poematum libri septem de rebus Ungaricis» intitulati et Cracoviae 1579. excussi.)

45.

Padova, 19. Februarii 1579.

Diploma Universitatis Patavinae medicorum Georgio Schirmer Cibiniensi doctori in philosophia et medicina datum.

ALMAE individuae trinitatis humiliter implorato praesidio Ferrandus AMADI civis originarius Venetus, nobilis Patavus, Sacrae imperialis aulae comes palatinus et eques aureatus, uni-

versis et singulis praesens publicum Doctoratus privilegium visuris, lecturis vel legi audituris. Salutem in eo, qui vera est omnium salus. Viguit antiquitus apud Maiores nostros, et in hunc usque diem perducta est consuetudo, ut qui se divinarum scientiarum studiis devoverunt atque in eis post diuturnos labores egregie profecerunt in doctissimorum virorum coetum pulcherrime cooptentur. Mos quippe sanctissimus et optimo iure institutus. Quid enim magis esse potest rationi consonum, quam, quod qui summis lucubrationibus atque vigiliis operam nobilissimis facultatibus et praesertim philosophiae ac medicinae impendunt, ex eis tandem gloriosum illustris laureae triumphum assequantur. Quandoquidem medicinae scientia tum humani corporis, omniumque membrorum eius figuram, situm et operationes cognoscit, tum etiam aegritudines, quae illis omnibus accidere possunt una cum earum causis et signis, ac denique alimentorum omniumque remediorum vires admirabili investigatione declarat, et, quod utilissimum est, calamitates hominum discutiens et graves morbos auferens, sanitatem nobis tribuit atque conservat, sine qua nullae profecto opes, nullae animi oblectationes gratae iucundeve esse possunt. Philosophiae autem certissimo ductu homines, licet ratione beluas superent, hominibus tamen quoque praeferuntur et Diis pene redduntur similes, siquidem haec ad humanarum et divinarum rerum cognitionem adipiscendem viam praebet, causas ostendit et docet, animosque impellit ad bene et eate vivendum, ac denique ad verum et summum bonum perducit. His et aliis rationibus motus Nobilis et Doctissimus vir Dominus *Georgius Schirmer* Cibiniensis Transylvanus, filius quondam piae memoriae domini *Antonii* diu et alacri quidem ope dictis illustribus philosophiae et medicinae studiis in celeberrimo praesertim huiusce Magnificae Patavinae urbis gymnasio incubuit et nixus est, cumque *Deo* favente egregium eorundem studiorum suorum cursum abunde compleverit, ita, ut nil praeterquam laborum et virtutum eius premia ipsi deesse videantur. Re bene deliberata ad Nos reverenter profectus consuetis in philosophia et medicina honoribus decorari procuravit. Nos itaque *Ferrandus* praedictus ante omnia suo et aliorum iuramento de eius fidelitate, vitaeque ac morum integritate abunde cognovimus et exinde authoritate ac potestate nobis et familiae nostrae in perpetuum ab invictissimo felicis recordationis *Carolo Quarto*, divina favente clementia Romanorum imperatore ac rege Bohemiae benigne concessa, ut in amplo et patenti privilegio Caesareae Maiestatis Suae, dato Pragae Anno Dmini MCCCLXIII,

indictione prima, III. Kal. Iunii, regnorum eius anno XVII, Imperii vero VIII, bulla aurea in pendenti roborato, subscriptoque per multum Reverendum dominum, dominum Ioannem Dei gratia Luthomuschlensem episcopum, sacrae imperialis aulae cancellarium, vice Reverendissimi in *Christo* patris, domini, domini *Gerlati* Magontinensis archiepiscopi, sacri imperii per Germaniam archicancellarii latissime constat, infrascripta die, dum sederemus in cubiculis superioribus aedium residentiae nostrae sitis Patavii in vico Sanctae Crucis, dictum nobilem laureandum, puncta sibi prius per Excellentissimos artium et medicinae doctores dominos *Nicolutium* de *Nigris* Marchiaeanconitanum, *Antonium Vigoarium* Patavinum, ac *Ioachimum Alramer* Viennensem Austriacum, viros sane claros atque praestantes in philosophia et medicina debito tempore assignata, docte ac eleganter, astante nobilium virorum caterva, recitantem, argumentisque pluribus ac dubiis et quaestionibus subtilissimis et casibus sibi propositis respondentem ac replicantem audivimus. In quibus quidem omnibus et singulis, quamvis sane arduis et obscuris, tam docte et laudabiliter ac praeclare se gessit, taleque ac tantum ingenii, doctrinae, memoriae ac eloquentiae specimen edidit, ut ex consilio eorundem Excellentissimorum virorum et totius praedictae illustris catervae, propitiis omnium votis in favorem dicti nobilis viri accurrentibus et *nullo penitus discrepante,* quinimo, nec *haesitante,* eundem dominum *Georgium* in philosophia et medicina doctissimum ac sufficientissimum iudicavimus. Quamobrem nos antedictus comes et miles, qui eos tantum ad summum doctoratus gradum magisteriique dignitatem extollere consuevimus, quos rigorosi examinis certamen et virtutum excellentia ac meritorum copia, laurea doctoratus corona dignos exhibent, consideratis ipsius nobilis domini *Georgii* doctrina, facundia, methodo legendi, caeterisque virtutibus et moribus, quibus eum Altissimus decoravit, satissuperque in dicto eius rigoroso examine patefactis, praefatam laudabilem consuetudinem nostrique memorati privilegii formam sequi volentes, eundem Excellentem virum dominum *Georgium* continuo Caesarea, qua fungimur authoritate, ac nomine philosophiae et medicinae solemniter doctorem fecimus, pronunciavimus et ordinavimus, ac per praesentes nostras facimus, pronunciamus et ordinamus. Praedictus vero Excellentissimus dominus *Nicolutius* suo et aliorum nomine, praevia concessione ac mandato nostro, ei sic sua luculentissima oratione petenti illustria doctoratus, ad cuius apicem tam laudabiliter et gloriose ascendit insignia tribuit. Nos autem authoritate

praemissa, his omnibus ad summi *Dei* laudem perpetuumque virtutum eiusdem Excellentis viri monimentum confectis ei tanquam vere idoneo et tali promotione dignissimo liberam licentiam, plenamque facultatem impartiti sumus deinceps in philosophiae et medicinae magistralem cathedram ascendendi et ubique terrarum et locorum legendi, repetendi, docendi, consulendi, proponendi, disputandi, glossandi, praxim exercendi, interpretandi, quaestiones terminandi, scholas regendi, baccalaureos creandi omniaque alia et singula faciendi, dicendi ac exercendi, quae quovismodo ad philosophiae et medicinae doctoratus officium ac dignitatem spectant et pertinent ; item gaudendi, utendi et potiendi omnibus et singulis privilegiis, exemptionibus, immunitatibus, libertatibus, concessionibus, honoribus, praeeminentiis, favoribus, gratiis et indultis aliis quibuscunque, quovis nomine censeantur, quibus caeteri philosophiae ac medicinae doctores tam in gymnasio Patavino, Viennensi, Senensi, Ingolstadtensi, Lovaniensi, Monspeliensi, Parisiensi, Bononiensi, Pisano, Perusino, Oxoniensi et Papiensi, quam in quocunque alio publico et privilegiato gymnasio creati quomodolibet gaudent et potiuntur tam de iure, quam ex consuetudine, vel gaudere possunt aut possent quomodolibet in futurum. Et hoc non obstantibus quibuscunque legibus, constitutionibus, decretis, ordinibus, reformationibus, rescriptis et aliis omnibus cuiuscunque tenoris existant tam factis, quam faciendis per quoscunque principes, duces, marchiones, respublicas, communitates, universitates vel alios, qui sub quibuscunque statibus, generibus, conditionibus, clausulis et verbis comprehendi valeant. Quibus omnibus et singulis praemissa authoritate a memorato Invictissimo *Carolo Quarto* olim Romanorum imperatore familiae nostrae in perpetuum attributa, omnino ad praemissorum effectum derogamus et derogatum esse volumus. Ad quorum plenam fidem et testimonium has nostras patentes litteras sive praesens publicum Doctoratus privilegium per cancellarium nostrum infrascriptum fieri et subscribi ac nostri, quo utimur in imilibus sigilli appensione muniri mandavimus. Actum et datum Patavii ex antemenoratis aedibus nostris labente Anno virginei partus M.D.LXXIX. Indictione VII. Die Iovis, quae fuit XVIIII. mensis Februarii. Praesentibus nobilibus viris dominis *Samuele Keller* a Sexeldem Halensi Saxone, Germanicae nationis dominorum Artistarum et Medicorum consiliario, *Ioanne Wolfgango* Rabus Argentinensi, eiusdem universitatis Bohemicae nationis consiliario, *Ioanne Lachelofio* Argentoratensi, dictae Germanicae

nationis procuratore, *Francisco Hippolyti* Hiltenshein Custrinensi Neomarchico, eiusdem Nationis Germanicae procuratore, *Stephano Galfii* de Gerend Transilvano, *Bernardo Paludano* a Steinwich Belga et aliis quamplurimis nobilibus viris ac praestantissimis diversarum nationum, ordinum ac dignitatum scholaribus in frequenti copia, testibus omnibus ad praemissa vocatis et adhibitis. Laus *Deo* Amen.

Ferrandus Amadi Aulae Caesareae Comes Palatinus et Eques Aureatus.

Andreas Fintus Notarius Publicus Patavinus et supradicti Magnifici ac Illustris Comitis et Equitis Cancellarius Manu propria in fidem subscripsit.

Megjegyzés. Az 53 cm. magas és 64 cm. szélességű szépen fehérített pergamenre írt orvosi diploma kiállítása igen fényes, a mennyiben *A* és *F* kezdőbetüin kívül egész első sora aranynyal van írva, ugyancsak aranynyal halad a második sor is, csakhogy kisebb betükkel s egyes szavak első betüje kékszinű festékkel kihúzva. A szövegben előforduló tulajdonnevek szintén aranynyal vannak írva, kezdőbetüik kék, illetve piros színnel kihúzva. Az oklevél függő pecsétje azonban hiányzik.

(Originale. Erd. N. Múzeum Gr. Kemény József gyüjteménye, Kolozsvár.)

46.

Padova, 10. Martii 1583.

Natio Germanica Artistarum Ioanni Han Posoniensi.

S. P. Meministi procul dubio humanissime Domine Han, te anno 79. pro Iohanne Baptista Puckeram Viennensi, in decem Coronatos ipsi ex aerario Inclytae Nationis Germanicae mutuo datos, una cum domino Doctore Ioachimo Alramer fideiussisse. Quintus iam ex eo tempore annus effluxit. Solutum est nihil. Violata lex quaedam Statutorum nostrorum, violata chirographi fides ; quorum utroque cautum, ut intra quattuor menses pecunia mutuo data solveretur. Parum hoc esset, nisi et admonitiones nostras frequentissimas plane sprevisset debitor. Monitus enim fuit a nobis per litteras ante unum atque alterum mensem, monitus fuit a domino Alramero confideiussore tuo. Nihil obtinuimus : in utramque aurem dormit ; adeo immemor accepti beneficii, nihil adhuc rescripsit, nedum solvit. Nostri iam officii esset ac muneris, severius et acerbius cum ipso agere, ut solutionem per legitimos tramites auctoritate sui Magistratus tandem consequeremur. Minati fuimus

quidem satis vehementer nos id facturos et certe non intermisissemus, nisi tantisper humanitate agendum et ipsius Magistratui parcendum statuissemus, dum spes commodioris viae ac rationis recuperandi debitum superesset. Eam autem hanc esse existimavimus, si te, ut confideiussorem, quem hoc tempore in eadem patria vitam degere non ignoramus, etiam hortaremur ac rogaremus, ut principalem debitorem ad exsolvendum hoc aes alienum instigares, praesertim cum et tua res eo negotio non minus agatur, tum, quod nomen tuum aeque ac principalis in conventu Nationis tam diu ex indice debitorum Nationis proclametur, donec solutio facta fuerit ; deinde, quod excusso principali, te in solidum convenire possimus. Quae tamen omnia incommoda, ut evitentur, rogamus, apud principalem maturam pecuniae debitae solutionem studiose procures. Quae nisi intra 30 dies executioni mandetur, rupta omni mora, alterutrum vestrum, uti videbitur in iudicio magistratus vestri ad solvendum persequemur. Idque, in litteris ad principalem datis, sancte polliciti sumus. Vale humanissime vir, commodoque Nationis nostrae, cum adsertione famae atque existimationis tuae, enixe incumbe et rescribe.

Patavii, die 10. Martii. Anno 1583.

In fronte: Fideiussori ipsius Iohanni Han Posoniensi.

(Archivum Universitatis Patavinae vol. 1655/I. fol. 55—56.)

47.

Padova, initio Iunii 1583.

Natio Germanica Iuristarum de ineundo foedere inter Hungaros et Germanos.

Quam dulcis et summis expetenda nobis sit concordia nostra, non indiget commendatione. Utilius enim et laudabilius est unanimiter, si id modo honeste fieri possit, vivere, quam simultates, odia, dissensiones alere. Consideranti quoque mihi quam tristissimos consequantur exitus dissensiones, nihil intentatum reliqui, quo simultates, quas nostra natio et Ungarica habebant, utpote, quae maxime sibi invicem obesse possent, plane ex animis extinguerentur, eximerenturque. Cumque viderem Ungaricae nationis consiliarium Franciscum Andream de Terseis, in omnibus actibus publicis suo voto semper nobis adfuisse, aliaque humanitatis officia praestitisse ipsiusque animum ad fidem et amicitiam renovandam inclinare, dies noctesque de exstirpandis plane simultatibus, deque indissolubili arctissimo pangendo foedere cogitavi. Maturo igitur consilio, vocatis in domum meam senioribus (res

enim secreto agenda erat) hoc deliberandum propono; hocque foedus quam utile ac necessarium et nobis, et Ungaris foret, ostendo. Consentiunt omnes meumque hoc laudant consilium. De conditionibus primum cogitandum esse aiunt. Re tandem diu deliberata, ab utraque hae proponuntur, approbanturque. Inclytam nationem Germanicam neque in eligendo aliquo consiliario nationis Ungaricae, tametsi unicis dumtaxat Ungaris hic supersit, neque in aliis huius universitatis conventibus, se velle opponere aut adversus eam ullo praeiudicio uti; quin potius consilio et suffragiis eam iuvaturam, ita tamen, ut et ipsa natio Ungarica vicissim compensationis loco, suo voto et calculo aliisque mutuis officiis, quae in amicitia exerceri solent, nationi Alamanicae sincere, candide, semper ac perpetuo adhaereat . . . , ut ulterius ex instrumento videre licet. Hae conditiones ab utraque natione summo cum applausu approbatae sunt. Facit Deus Optimus Maximus, ut haec omnia ad ipsius gloriam et nationis commodo ac emolumento cedant.

(Arch. Ant. Univ. Pat. 463. fol. 257. — Brugi: Atti dei Legisti I. 262—263.)

48.

Padova, 29. Novembris 1586.

Natio Germanica Iuristarum de Ioanne Hertelio consiliario nationis Hungaricae.

Non dubito quin notum sit omnibus superioribus annis magnas fuisse simultates et odia inter nostram Nationem et Ungaricam, quae consilio et industria nobilis viri domini Sebastiani a Romrodt de nobis optime meriti sedata et in tantam animorum coniunctionem atque unitatem redacta fuere, ut in hodiernum usque diem, servato sancto amicitiae foedere, nunquam a nostro dissenserint collegio, nihilque contra illud fecerint aut machinati sint. Imo cum nobilis Ioannes Hertelius Transilvanus Ungarus pro tempore Ungaricae nationis consiliarius, necessitate ita exigente, hinc discederet et neminem suorum popularium, quem substitueret, adesse videret, me[1] 29. Novembris convenit et suae nationis sigillum cum instrumento pacis factae in arcam nostram deposuit cum pacto de restituendo suis successoribus, qui venturi sunt. Videamus, quaeso, ne causam demus tam praeclarae nationi bene de nobis sentienti, ut animum promptum et benevolum rursus detrahat et abalienet; quod si fieret maxime nobis obfuturum quis ibit infitias?

(Arch. Ant. Univ. Pat. 463. fol. 310'. — Brugi: Atti dei Legisti I. 289.)

[1] Consiliarius Germanus Nationis Germanicae Iuristarum.

49.

Padova, 3. Aprilis 1587.

Natio Germanica Iuristarum de electione Ioannis Lanser in consiliarium nationis Hungaricae.

Anno 1587. 3. Aprilis discedente Ladislao a Paar consiliario Ungaricae nationis, substituebatur Dominus Iohannes Lanser Pannonius. Is, quia nomen suum in nostram retulit matriculam, Calendis deinde Augusti, quibus a consiliariis novus constituitur rector magnas movit difficultates. Nam cum in electione rectoris in consiliarium confirmari deberet, disputabatur a contraria factione : an pro legitimo Ungaricae nationis consiliario, dum inter Ungaros non conscriptus esset, cognosci posset. Illa negativam stricte tenuit : nos affirmativam et obtinuimus adductis sufficientibus probationibus, eum revera natione Ungarum esse. Vitentur posthac similes errores, ne occasionem praebeamus auferendi a nobis nationes esse supplendas, quarum ope et auxilio in eligendo rectore facile superiores esse possumus. Reperiuntur quidem nonnulli tam Bohemi, quam Ungari, qui aut amore et benevolentia versus nationem Germanicam tanquam principaliorem moti, aut errore quodam et ignorantia ducti, nomen suum libro Nationis nostrae inserunt, non spectantes difficultates et pericula, quae inde resultant : hinc enim fit, ut a notario Universitati immatriculentur sicut bidellus nomina et patriam eorum offert ; hinc fit, ut pro Germanis potius, quam alia gente habeantur ; hinc altercationes et rixae sequuntur. Quare deinceps ab ipso bidello melius erudiantur accedentes, et cui se nationi applicare debeant commonefiant. Pannonii seu Ungari pro Ungaricae nationis membris libro Universitatis inferantur, aut aliquando etiam Austriaci pro Ungaris inscribantur : quia Austria superior Pannonia est, et desunt aut deficiunt interdum veri Ungari ; Bohemi pro Bohemis : aut etiam Moravi et Silesii pro Bohemis reputentur : et quidem Silesii, quorum non pauci hic semper reperiuntur, sicut et superioribus annis a consiliariis simili occasione motis deliberatum est.

(Arch. Ant. Univ. Pat. 463. fol. 318—319. — Brugi : Atti dei Legisti I. 297.)

50.

Padova, 7. Octobris 1589.

Georgius Dietrich Hugoni Blotz.

S. P. D. Litteras tuas, vir clarissime atque nobilissime, fidei meae concreditas, omnibus, quibus inscriptae erant, reddidi ; exceptis solummodo illis, quas ad nobilem variarumque linguarum

cognitione praecellentem virum Thomam Savellum Anglum dederas. Is enim, cum Venetiis ego moram facerem, non aderat, sed contulerat se Patavium. Verum neque Patavii eius videndi mihi copia, quod vehementer doleo, facta est: cum eo ipso die, quo ego Patavium proficiscerer, Venetias sit reversus. Itaque necesse habui illas apud humanissimum doctissimumque virum Nicolaum Gabellmannum relinquere : is mihi recepit se primo quoque tempore bona fide illi exhibuturum. Caeterum a te commendatum ita humaniter me excepit et tractavit uterque et dominus Zindelinus, et Gabellmannus, ac si tu ipse coram eis comparuisses. Unde facile etiam colligere potes, quam gratae, quamque acceptae tuae illis litterae fuerint. At me autem, quod attinet, tantas ego tibi et habeo, et ago gratias, quantas quidem mens mea et animus concipere potest, quod non solum hoc officiorum me genere dignum iudicaveris, verum etiam quamplurimis aliis tibi devinxeris. Quorum omnium etiam de causa hoc tibi velim persuadeas, me et amantissimum tui et humanitatis doctrinaeque tuae buccinatorem fore perpetuum. Vale vir clarissime feliciter et prout coepisti, ita amore tuo benevolentiaque me complecti ne desinas. Salutem ascribo ornatissimo doctissimoque viro domino Nicolao Engelharto, amico meo integerrimo.

Patavio Antenoris, VII. Octobris, qui dies D. Iustinae virginis et martyris sacer magnaque cum pompa et solennitate hic celebratus est. Anno recuperatae per Christum salutis supra sesquimillesimum octogesimonono.

Excellentiae tuae amantissimus

M. Georgius Deidricius Transsylvanus manupropria.

Intitulatio: Clarissimo nobilissimoque viro domino Hugoni Blotio, I. U. D. Sacrae Caesareae Maiestatis bibliothecario, fidelissimo domino et amico suo summa observantia colendo. Viennam Austriae.

(Autographum. Hofbibliothek, Wien. Codex 9737. Z. 17. No. 69.)

51.

Padova, 31. Iulii 1590.

Natio Germanica Iuristarum de supplendo consiliario nationis Hungaricae.

Anno Millesimo quingentesimo nonagesimo pridie Kalendas Augusti cum in consiliarium communibus suffragiis electus essem,[1] prima deliberatio occurit de consiliariatu Ungaro: quem difficiliorem reddiderat perfidia N. N. Ungari. Is enim suae nationis consiliarium agens praedecessore meo Domino Christophoro ab Hunicken ad

Polonorum factionem a nobis defecerat: ac quicquid vetera per pacta et morem perpetuum illi obiiceremus, ab instituto tamen revocari non poterat. Hoc munus Domino Joanni Speiman demandavimus, eique id in electione rectoris die postera a praetoribus confirmatum fuit. Extat enim in Archivis nostris *Conventio a multis Ungaris subscripta,* qua consensuros *perpetuo se se nobiscum* pollicentur, ac quoties nulli Ungarorum adsint, *nobis supplendi potestatem tribuunt.* Hoc pactum et haec praetorum confirmatio successoribus nostris argumento erunt.

(Arch. Ant. Univ. Pat. 463. fol. 345. — Brugi: Atti dei Legisti I. 324.)

[1] Bartholomaeus Wagner Borussus.

52.

Padova, 24. Iunii 1591.

Demetrius Krakkói Simoni Forgách.

Servitiorum meorum fidelium humillima obsequia cumulatissimosque divinae benignitatis thesauros M[agnificentiae] V^rae^ votis offero.

Intuenti mihi, Magnifice Domine, saepe in hanc peregrinationem nostram, crebro in mentem venit vereri, ac quodnam aliquando curriculum illa sit habitura, quoties enim paulo diligentius effusam in nos Magnificentiae V^rae^ liberalitatem animo revolvo, ac nostram cum ea tenuitatem comparo; toties non mediocriter pertimesco, ut tantorum sumptuum opinionem dicam an invidiam sustinere valeamus; cum praesertim omnium Magnificentiae V^rae^ literarum scopus veluti sit, non solum acuendam nobis esse atque procudendam linguam, verum etiam onerandum complendumque pectus pulcherrimarum rerum scientia, suavitate, copia et varietate; quod, ut situ perarduum, ita acquisitione per esse difficile sole clarius est. Qua in difficultate reficit atque recreat nos, cum conscientiae nostrae integritas, tum recordatio mediocris nostrae exercitationis. Omni enim mente in ea cogitatione curaque versamur, omnes nervos industriae nostrae in eo contendimus, palam omnibus, ut fiat, quicquid contentione animi, vigilantia, assiduitate et labore complecti potuerimus, nihil omnino eorum intermisisse, quippe cum sciamus, ut sementem fecerimus, ita nos etiam messem facturos. Quod si autem nos, aut natura nostra, aut illa praestantis ingenii vis forte deficiet: tenebimus tamen eum cursum, quem poterimus; prima enim sequentem honestum est, in secundis, tertiisque consistere. Sicut in poëtis non Virgilio soli.

ut de latinis loquar, aut Tibullo, aut Ovidio locus est, sed horum vel secundis, vel etiam infra secundos. Sicut nec Aristotelem (liceat mihi in parvis, magnorum uti exemplis virorum) in philosophia deterruit a scribendo amplitudo Platonis ; nec ipse Aristoteles caeterorum studia restinxit ; ad eundem omnino modum, studia nostra, minime debent tardari, ut desperatione debilitati experiri id nolimus, quod nos assequi posse diffidamus, cum par sit omnes omnia experiri, quicunque res magnopere expetendas concupiverint. Quo in studio nostro Magnificentiam V^ram^ optime conquieturam, si affirmare nequeam, coniicere tamen haud immerito possim cum saepe videre liceat etiam excellentes viros, res magnas non tam perficiundi spe, quam experiundi voluntate fuisse aggressos. Neque sane tam duri esse debemus oris, perfectionem, ut aliquam polliceri ausimus, si quidem vel teste Platone fieri nequit, qui multis utitur artibus, omnia, ut is homo recte, ne dum perfecte faciat. Quin animadvertere possumus eos ipsos, qui in una philosophia quasi tabernaculum vitae suae collocarunt, admodum exiliter et ieiune saepe philosophari. Si itaque exquisita illa doctrina defuerit in nobis, singularis duntaxat industria, ut adsit curabimus, aut, ut de me nihil dicam, curabit Dominus Michael, de cuius studiorum processu ne pluribus apud Magnificentiam V^ram^ agam etsi impediunt me multa : unum tamen illud maxime ab hoc officio deterret, ne si ipsius immortalitate dignum ingenium pro viribus perscriberem, in turpem adulationis notam incurrerem ; proinde nihil de eo amplius addam, sed ad ea, quae huius epistolae sunt propria descendam.

Annuos sumptus, trecentos aureos, in moneta Veneta, 5. die Iunii recepimus atque utinam annuos ; nam ego vehementer vereor, imo scio eos non futuros. Princeps causa annona, cuius inopia nihil spe messis affuturae remittit, ut enim anno superiore omnis terrae fetus, siti exustus, exaruerat ; sic hoc praesenti, tempestatibus longe lateque furentibus usque adeo segetes fuere obrutae, ut exiguam uberioris proventus spem agricolis reliquerit. Sed, esto, nihil gravius sit expectandum, et haec virtus ratio sit constans : uni tamen hospiti, simplicissime, absque ullis appendicibus, spacio annui temporis ducenti et octo Ungarici optima fide erunt annumerandi, appendendi. Quid fiet, si ad privatam vivendi consuetudinem, ubi semper amplius erogatur, revertamur? Taces de puero quodam Italo alendo, ob linguae exercitium, sine quo celeritatem eloquendi consequemur nunquam. Quid quod omnia nostra vestimenta a capite ad calces, ita diruta, ita conscissa erant, nullum, ut diuturniorem usum praebere possent ; unde novis conficiendis

quantum sit expensum, ex tabulis liquere potest, addi huc potest, Deo propitio, Magnificentia V^{ra} lubente, nos cogitasse peregrinationem Italiae reliquae suscipere, tum quia in his scholasticorum tritis aetatem terere consultum non est, tum quia animus relaxationem atque adeo libertatem quandam, quo se tamquam in portum recipiat, desiderat. Portus erit peregrinatiuncula ista, quam ego non solum loci mutationem futuram spero, sed illa etiam reliquias morbi absumptum iri confido. Melancholiam enim hypocondriacam, non tantum ali, augerique, verum etiam generari ex vitae conditione tristi, multis curis, vigiliis, contemplationibus aut literarum studiis implicita, nulla interposita animi hilaritate aut corporis exercitatione (sub qua nativus calor elanguescit, et omnia sopita corpore crassescunt) politiores medici, interque eos Fernelius ipse Aesculapius alter, totidem verbis tradit. Ne igitur inutili cunctatione agendi tempora perpetuo perdamus, Deo duce, Magnificentia V^{ra} non invita nos reliquas Italiae partes hoc autumno peragrabimus. Nam profecto praeteriri Italiam omnino fuerat satius, quam attentatam atque in limite visam deseri. Emenso hoc labore ad veteres nostras Musas (libros intelligo, non scenicas has, cum venia aurium Magnificentiae V^{rae} sit fictum, meretriculas, Sirenesque Patavinas usque in exitium dulces) revertemur atque imitabimur agricolas, seremusque aliquid tamquam in inculto et derelicto solo, quod ita diligenter colemus, ut impendiis etiam augere possimus eius largitatem, modo idem animus noster efficere possit, quod ager ; qui cum diu quievit, uberiores efferre fruges solet. Idque faciemus, vel hic, vel alibi, ubicunque Magnificentiae V^{rae} commodum visum fuerit. Cum his me meaque studia favori Magnificentiae V^{rae} commendo ac eandem propitiae Dei ter optimi Maximi clementiae ac benignitati, assiduis precibus, custodiendam relinquo.

Datum Patauii Antenoris, 24. Iunii. Anno Domini 1591

Magnificentiae Vestrae Seruitor et cliens humillimus

Demetrius Kraccouius Transylvanus mpr.

Cras iterum medico novo Hercule Saxonia, uti incipiemus, qui quamdiu nos frequentabit plura, quam nos duo ad cibum, quotidie consumet, dum pro singulis eius visitationibus tres et amplius libra expendunt ; utetur autem aquis thermalibus calidis, quia quotidie per baiulos nova, a 6 milliaribus adferri debet.

Intitulatio : Spectabili ac Magnifico Domino, domino Simoni Forgach de Gymes etc. pincernarum regalium in Ungaria magistro, nec

non Sacrae Caesareae Regiaeque Maiestatis consiliario etc. Domino et patrono summa observantia colendissimo.

(Autographum. Arch. comitum Forgách. M. N. Múzeum. Budapest.)

53.

Padova, 31. Iulii 1591.

Gellius Sascerides Hafnianus consiliarius Artistarum Nationis Germanicae Artistarum de negotio Iohannis Jessensky Hungari studentis Artistarum.

Secundo scilicet Calendis Augusti, Iohannes Iessenski me convenit. Qui vir etsi forte, ut privatus, mihi publica scribenti Acta tacendus esse quibusdam videri possit, tamen cum et superiore conventu publice vestris calculis suo is calculo privatus fuerit, et complura de eo, tum ab aliis praedecessoribus meis, tum ab Ornatissimo viro Henrico a Polandt in Acta praeteriti temporis relata sint, non abs re facturum me arbitror, si cuius delicta et offensas alii recensuerunt, eius ego commemorem resipiscentiam. Hoc certe tanto aequiore animo laturos esse vos arbitror, quanto certius mihi persuadeo, laudabilius esse et medico nomine dignius, convalescentia membra fovere ac reficere, quam corrupta amputare.

Itaque, ut de illo prosequar, cum me convenisset, sive conscientia facti sui, sive severitate vestri iudicii commotus, sive, quod magis credo, desiderio inflammatus honoris illius, qui illi disputanti ex praesentia nostrae Nationis accedere posset, sive etiam metu territus turbarum, quas quidam interminati fuerant se inter disputandum concitaturos, primo queri coepit de animadversione illa, quam in se Natio, quorundam instinctu, ut dicebat ipse, statuisset ; deinde precari, ut quoniam numquam sibi in animo fuisset, Nationem offendere, sed quosdam saltem non potuisset ferre, qui eius administrationi praefuissent, ego eum in integrum restituerem ac Nationi reconciliarem, tum etiam efficerem, ut suae disputationi, quam isto octiduo adornabat, nostrum quamplurimi interessent : aut, si minus id quisque honoris causa facere vellet, saltem curarem, ne quis disputantem turbaret.

Verum cum intellexisset ex me, rem istam ad Nationem pertinere, quae eum ob graves offensas calculo et beneficiis privasset, neque mihi integrum esse, privatim quidque contra illius decreta statuere, solamque eam sibi relictam esse viam ad recuperandum honorem, nominisque sui incolumitatem, si cum illa redeat in gratiam, dixit, se Nationem quidem, ut par est, venerari, sed habere rationes, quibus adductus sit, ut forum eius antea decli-

naret, eas se petere, ut audiantur; quod si senioribus et aequis arbitris insufficientes videantur, non se ita esse pertinacem quin velit offensam suam erga Nationem deprecari. Petitio haec cum mihi non iniqua videretur, recepi me eius rei gratia conventum seniorum in diem sequentem indicturum: id, quod factum est. Interim sub vesperam eius diei, electo in consiliarium a iureconsultis popularibus nostris domino Iohanne Kockers a Camenez Silesio, invitatus sum, ut cum Natione nostra, ex more recepto, eum sequenti mane ad curiam Illustrissimi praefecti deducerem. Ex tempore itaque pedellum omnes nostros ad id tempus rogare iussi, ut convenire vellent, neglecto saltem Iessenio. At ille nihilominus, forte ratus se gratificaturum domino Kockers populari suo, una istuc accessit et ingressus locum occupavit baronibus destinatum. Ibi dominus Kockers istud indigne ferens, cum etiam rescivisset ex quibusdam, eum a nobis calculo et beneficiis Nationis privatum esse, misso pedello, discedere illum iussit et a Germanicae Nationis conventibus quibuscumque abstinere, quousque nobiscum redeat in gratiam. Quod autem istud hoc loco repetam, velim omnes existimare, non me facere laedendi eius causam, qui paulo post restitutus est et a senioribus, loco Nationis pro membro recognitus, sed, ut intelligant alii, si qui forte erunt in posterum, qui inclytam Nationem nostram spernere volent, se vicissim non a nobis solum, sed ab universis utriusque facultatis Germanicae membris neglectum et despectum iri. Porro hac accepta tam gravi nota, post meridiem eiusdem diei senioribus se sistit Iessenius, coram eis causam suam dicturus. Et tametsi ab initio quibusdam visum fuit, nullas eius rationes audiendas esse, quibus Acta Nationis ullo modo aut infringere, aut retractare vellet, omninoque reiiciendum esse eum, si alia oratione ulla, quam deprecatoria uteretur, tamen cum aliis videretur haud ista ratione tractari posse aegrum animum eius, qui ad sanitatem perducendus esset, concessum illi utcunque est, suas in medium rationes adferre. Itaque factum est, et cum his responsum esset, ipseque eas insufficientes esse agnosceret, adductus sit ad fatendum et deprecandum coram Natione eo modo, qui perscriptus est in haec verba:

Ea, quae prior consiliarius in meo negotio gesta recitat, acta sunt: Nationem inclytam iis a me laesam doleo, offensam deprecor, aeternumque colo.

Iohannes Iessenius a Iessen.

Quamquam enim cupierat antea ex Actis expungi ea, quae erant de se scripta minus honorifice, tam cum id sine praeiudicio

et consiliarii, qui ea recitasset et Nationis, quae comprobasset fieri non posset, destitit ab illa rogatione et se iudicio Nationis submittens, rediit cum illa in gratiam. Singulis vero seniorum manum dedit fidei suae testem. Quod vero ad debitum illud attinet, cuius causa hae turbae concitatae fuerant, cum me postridie actor ipse, Iohannes scilicet scriba ille Germanus, conveniret, ut interposita Nationis authoritate Iessenium ad solvendum adigerem, scirem autem ego hunc plane a solutione abhorrere, ne vixdum sanatum ulcus refricarem, scribam ipsum ad rectorem remisi, apud quem amicorum intercessione tantum profecit, ut ipsius ope debitum Iessenio extorserit.

(Arch. Ant. Univ. Pat. 471. fol. 8—9. — Favaro: Atti degli Artisti II. 10—11.)

54.

Padova, 15. Augusti 1591.

Alexander Sombori Wolfgango Kovacsóczy.

Generose ac Magnifice domine, domine mihi plurimum observande, post officiorum meorum promptissimam commendationem; precor a Deo Optimo Maximo Magnificae Dominationi Tuae omnia fausta ac felicia, prosperumque in omnibus rebus successum.

Cum nullam hactenus ad M. D. T[uam] scribendi neglexerimus occasionem, nec tamen nos ullas a M. D. Tua acceperimus literas, quid potissimum causae esse reamur, plane nescimus: cum enim sciamus eo M. D. Tuam in nos esse animo, eamque nostri curam gerere, nihil ut nobis in hisce locis peregrinis deesse velit certo nobis persuasum habeamus, inducere in animum, ut id M. D. Tuam nostri oblivione fecisse credamus, nullo modo possumus. Eius ergo rei causam, arbitramur esse aut negligentiam eorum, quibus literae commissae fuere, eoque animus noster magis inclinat, aut vero (quod Deus avertat) adversam M. D. Tuae valetudinem, qua et praeterito anno M. D. Tuam conflictatam fuisse, magno sane cum animi mei dolore audiveram. Etsi autem supervacaneum plane videri poterat, toties eadem de re ad M. D. Tuam scribere, tamen cum nullum a M. D. Tua responsum hactenus nobis datum sit, suspicionem nobis ea res movet, ne nostras quoque literas M. D. Tuae redditas esse; quod si evenit certe non mediocri nostro incommodo evenit. In iis, siquidem omnibus M. D. Tuam rogaveramus, ut M. D. Tua nobis sumptus primo quoque tempore suppeditaret, ne hisce in locis ad egestatem de-

venire cogeremur. Cum ea summa pecuniae, quam nobiscum ex Germania attuleramus, partim in itinere, partim hic in victum et libros maxima ex parte consumpta sit. Est enim hic tanta annonae caritas, quanta ab hominum memoria fuisse vix creditur, ideoque nos singulis mensibus denos singuli aurorum ungaricalium numerare cogimur pro victu et habitatione, quantum autem in libros aliasque res necessarias expendere coacti simus, M. D. Tua facile pro sua prudentia aestimare poterit.

Porro cum nullae hoc tempore a professoribus habeantur lectiones, cumque et tempus anni commodissimum, et occasio ac itineris socii deinceps expetendi magis quam, (si nunc negligantur) sperandi nos invitent, urgeantque; iter Romanum suscipere decrevimus: quod nostrum consilium, etsi satis scio prima fonte temerarium admodum, et inconsideratum visum iri, non tamen dubito illud M. D. Tua ubi rationes intellexerit, facile probatum iri. Ac primum quidem, cum non ignorem M. D. Tuam non eo me in haec loca animo misisse, ut totum tempus meae peregrinationis hoc uno in loco consumerem, sed potius, ut oblata occasione, loca non veterum solum scriptorum, sed et recentium monumentis illustrata inviserem, mores hominum, instituta principatuum, leges rerumpublicarum cognoscerem; qua ego re nullam utiliorem ad id studium cui mihi invigilandum est, neque accomodatiorem esse existimo. Non minima illa laus est Ulyssis, quod is, ut divinus ille Homerus ait:

Πόλλων ἀνϑρώπων ἴδεν ἄστεα καὶ νόον ἔγνω; quod potissimum a M. D. Tua ac piae memoriae Domino parente meo consideratum esse arbitror, tum, cum me in exteras hasce ac peregrinas regiones, amandare decreverunt. Nullum autem in toto orbe terrarum locum esse existimo, qui cum Italia vel monumentorum celebritate, vel doctissimorum hominum copia, vel fortissimorum ducum multitudine, vel cladium denique acceptarum magnitudine iure comparari queat. Italia cuivis regno exemplo esse potest utriusque fortunae, quod enim regnum est, quod toties de summa imperii, de bonis ac fortunis, de aris denique ac focis, tanta fortunae varietate cum potentissimis orbis universi populis ac Regibus decertaverit? Hisce omnibus de causis M. D. Tuam me a peragrandis celebrioribus Italiae locis non modo non deterrere, sed ultro hortari velle certo scio. Iam autem cum in peregrinationibus, non minimum homini momenti afferat, quo tempore, quibuscum sociis peregrinetur, nunc certe mihi utraque haec commodissima, praeter expectationem fere meam evenerunt.

Nam et tempus anni, id est, quo nec magnus aliquis aestus, nec gelu, intensumque frigus pertimescendum sit. Socii praeterea tales, quales ultro M. D. Tuam ipsam mihi adiuncturam fuisse mihi persuadeo ; nam praeter duos germanos adolescentes, illustri loco natos, doctos ac moribus egregiis exornatos, M. D. Michael Forgach socium se ac comitem itineri nostro adiungit, quem ego ad stuporem usque doctum, nec bene minus moratum, mihique et animi, et sanguinis vinculis coniunctum iuvenem, cum a M. D. Tua amari sciam, observo vehementer et admiror, cum propter eruditionem, tum vel maxime ob morum elegantiam et suavitatem ; quo difficilius ab eo me segregari patior, sperans fore, ut ex illius conversatione non mediocres fructus percipiam.

Cum itaque et profectio atque iter ipsum prope necessarium, utile certe ac honestum, et tempus commodissimum, socii vero itineris tales, quales deinceps vix me habiturum spero, sint; quamvis sciam M. D. Tuam consilium et propositum nostrum probatum iri, tamen, si quid fortasse M. D. Tua contra me offensionis ab initio susceperit, id M. D. Tua, ut intellectis causis, quae me eo impulerunt deponat, meque sibi commendatum semper habeat, etiam atque etiam oro. Certo id M. D. Tua sibi ipsi persuadere potest, me nihil aeque cupere ac laborare, quam, ut omnes meas actiones, omnia mea studia M. D. Tuae probare queam. M. D. Tuam Deo Optimo Maximo una cum tota familia commendo, eandemque optime ac diutissime valere exopto.

Patavii, XVIII. Kal. Septembris. Anno Domini 1591.

Magnificae Dominationis Tuae Servitor paratissimus

Alexander a Sombor mpr.

Intitulatio : Generoso ac Magnifico domino, domino Wolfgango Kovachóczii, Illustrissimi principis Transsylvaniae cancellario et consiliario etc. Domino meo plurimum observandissimo.

(Autographum. Arch. cap. Transsilvaniae, Gyulafehérvár. No. 549.)

55.

Padova, 2. Septembris 1591.

Demetrius Krakkói Simoni Forgách.

Copiosam bonorum omnium affluentiam M. V^{rae} precor, eidemque fidelia servitiorum meorum obsequia defero.

Cum non tantum vigilantis, sed praesentis sit occasionem observare properantem, uti, Magnifice Domine, praeter consuetudinem nostram, consilio proprio coacti fuimus, quamquam enim

Magnificentia V^{ra} commodis diligenter nostris invigilet : quia tamen praesens non est, momenta et opportunitates temporum observare nequit, ac, ut maxime queat, dum sententia Magnificentiae V^{rae} ad nos perfertur, interim omnis abierit occasio. Itaque cum nobis optime constaret, consilia, rebus, quae perpetuo feruntur et volvuntur, aptanda esse, sub manu, ut aiunt, consilium nasci oportuit atque, ut gladiatorum in arena, perinde nos in die id capere decuit, quod si bene, ut, Deo propitio, credo, processerit, nil dubito, quin Magnificentia V^{ra} hoc nostrum fatum, quibusdam fortasse temerarium aeque bonique consulat ; cum praesertim non in solidum propria quadam praesumptione hoc iter susceperimus, (etiamsi avidi alioque huius rei fuerimus), sed medicorum praescriptionibus atque consultis eo adducti ac plane compulsi, die itaque crastina, Deo duce, Romanum iter, inde si sumptus non defuerint Neapolitanum, suscipiemus. Ut autem interea Magnificentia V^{ra} nobis de sumptibus provideat vehementer oro, nam certo mihi ex aliorum relationibus constat, utcunque feliciter eveniant nobis omnia, nihil tamen sumptuum redundaturum, imo difficulter redeuntibus suffecturum. Nisi autem hic literas cambii aut pecuniam paratam inveniamus, mendicandum sane nobis foret. Nulli sunt, quorum ope relevemur. Nam Somborius una nobiscum hanc periclitabitur peregrinationem, sumptibus, aeque, ut nos, paucis. In factore, ut vocant, nulla spes, eo, quod maximopere nunc intercesserimus, ut pauculis saltem aureis, nostrum iter felicius, ut eset, refocillaret ; sed plane non fuit ei animus, unum duntaxat denarium dare, nisi prius epistolas ex Hungaria accipiat. Ac nescio, quo malo nostro fato, fratrem suum Iaurino rediturum Venetias dixit, quod si erit, nullam commodam occasionem mittendarum ad Magnificentiam V^{ram} literarum habituri sumus, nisi, quasi succedaneus quidem, alter ei substituatur. Interea errabunt huc illuc literae nostrae, non habentes quo dirigantur, perinde, ut ei, qui ignorat quem portum petat, nullus suus ventus est. Sed neque nos praeter has, ad reditum usque, id est initium Novembris, dare ullas possumus, locorum importunitate impediti. Quo, magis aequo animo Magnificentia V^{ra} hanc moram, quae intercedet, tolerare debet. Ubi, divina misericordia, Patavium reversi fuerimus, dabimus operam, ut quam maturissime de toto nostro itinere certiora ad Magnificentiam V^{ram} perscribamus. Reliqua ex literis domini Michaelis Magnificentia V^{ra} intelliget. Ego, quod superest diei in conservativis quibusdam medicamentis pro itinere emendis, moneta in aureos commutanda, sarcinulis

colligendis, libris digerendis, cista signanda, consumam. Cum his Magnificentiam V^ram^ Deo optimo maximo commendo.

Datum Patavii, 2. Septembris. Anno Domini 1591.

Magnificentiae Vestrae servitor et cliens obsequentissimus

Demetrius Kraccouius T.

Intitulatio: Spectabili ac Magnifico domino Simoni Forgach de Gimes, pincernarum regalium in Hungaria magistro etc. nec non Sacrae Caesareae Regiae Maiestatis consiliario. Domino et patrono summa observantia colendissimo.

(Autographum. Arch. comitum Forgách. M. N. Múzeum. Budapest.)

56.

Padova, 7. Novembris 1591.

Georgius Kornis de Szentpál patri suo: Wolfgango Kornis.

Többi között szerelmes uram atyám ezt az kettőt, hogy tisztösséggel megszabadulhassak lakott helyemrűl,[1] földet mutálván ide Padvában jöhessek, az kegyelmes Istentűl nem kevés könyörgéssel kértem, kivántam és reménséggel vártam; mert noha azt mondja Seneca, hogy *sedendo fit animus doctior* és az gyakorta való változtatás, vándorlás nem annyi hasznot, mennyi kárt hoz studiosis hominibus: mind azon által az módjával való helynek mutálása nem káros, haszontalan, hanem mind szükséges, hasznos és gyönyörüséges és úgy volna kárral coniungáltatva, ha üdőnap előtt solum verteremus. Megüsmerték azt még pogánok is, hogy nem csak ez egész világ *Deorum nutu gubernaretur,* hanem *etiam res humanae, vi, fato et providentia eorum regerentur.* Én is azt bizonnyal látom, hogy arra az két dologra, mint egyebekre is Isten ő felsége segitett és viselte gondomat, melyekért minemü hálaadással tartozzam, palam et in aperto est. De ez mellett, *ut de secundis loquar causis,* nagy fő oka volt Kegyelmed szerelmes uram atyám és Isten után csak Kegyelmed végezte el, vitte véghez dolgomat, votumomat és miképpen minden üdőben, életemnek rendiben, most is azonképpen reám való gondviselését megmutatta és declarálta. Görög országban, miért hogy florentissima et felicissima extitere ingenia, az görögök dicsiretit, lausát soha el nem hadták, *vel hominem infimorum acute dicta, recte facta, responsa prudenter et cogitationes elegantiores aeternae hominum memoriae commendarunt,* bizonnyal Kegyelmednek ilyen szép, dicsiretes és jó factumát el nem hallgatták volna, hanem örök emlékezetnek adták volna. De most is nem privaltatik meg Kegyelmed

digno praeconio, mert valakik hallják, hogy ne extollalják Kegyelmednek cselekedetit, nem türhetik és még az kő falok is, kik látják, örülni, psallialni meg nem szünnek, desistálnak. Mondanám, hogy Kegyelmednek ilyen atyai szeretetiért, melyet csak szüvel érdemlettem Kegyelmedtűl, szolgálatomat ajánlom, de tenuitas mea et facti magnitudo nem szenvedi, non sinit, non permittit. Hálákot adnék, de efféle szókkal minden levelemet be töltöttem. Egyebet nem szóllok, Kegyelmedé, Kegyelmeteké vagyok, leszek és maradok, szüvel, igyeközettel, szolgálattal és minden tehetségemmel.

Heidelbergában mint lött, procedált dolgunk ... bőven, noha elég hirtelen megirtam vala még onnan eljövésünk előtt ...[2] Im látja azért Kegyelmed, hogy véletlen több ott az adósság, de bizony én külömben nem cseleküdhettem, dispensálhattam. Maradott vala még — miért hogy azt az adósságot meg nem füzethetém — száz egy aranyam és 4 paczom, az az huszon négy magyar pénzem. Azzal társaságot várván ilyen hosszú útra 18 die Septembris indulék el; az útnak elébb nem adhatók magunkat; etc.[3]

Immár az mü az én állapatomat concernálja, Istennek gondviselésébül 17 napján Octobernek jövénk ide, az uj stilus szerént, mellyel immár élnünk kell. Kegyelmed gondolhatja és ítilheti, hogy ilyen hosszú útat költség nélkül véghez nem vihettünk: külömben nyilvá 37 aranynál nem perficiálhattuk. Tudom, hogy Kegyedmednek soknak teczzik, mint énnekem is elégnek láttatik, de minnyájan mostani drágasághoz képest, azt ítiltík, mondták, Benkner[4] Márkus is, ki ezt az levelet haza viszi Kegyelmednek, hogy nem sok és nagy parsimoniával éltünk. Comesink, kik voltanak, ugyan ugy szóllottanak felőlünk és néha, hogy őket nem követtük, a' hun lehetett, tőllök különöztünk, dissentiáltunk, gonosz szemmel néztenek. De ezek elmúltanak. Abbul az aranybul, mely maradott vala, az uttul 64 marada még ide való költségemre, azzal meddig érhetem, nem tudom; igyekezem rajta, hogy csak egy fülliér is heában el ne menjen benne, el ne fizessek, költsek, hanem hasznos és szükséges helyre, dolgaimra expendáljam.

Itt minden holnapra ágytul, kamarátul és ételtül 6 aranyat és 40 magyar pénzt fizetünk. Azt pedig igen exacte és üdő előtt megkivánják az gazdák az mennyire lehet. Vadnak olyak, kik csak magok pénzével, ő magok vesznek reggel estig való eleséget, gazdaasszonyokkal főzetnek és ugy laknak, élnek bizonyos fogadott kamarában. Mondják némelyek, hogy ugy olcsóbban lak-

hatnak, de némelyek tagadják viszontag. Mü azt még meg nem experiálhattuk, próbálhatjuk, mert sem nyelvet nem tudunk még, sem pénzzel ugy nem vagyunk instruáltatva, hogy azt cselekedhetnűk, mert ha egy ideig ugy vásárlanánk is, nem sok üdő mulva pénzünk elfogyna, holott bátyám uramnak, mikor ide jutott, semmi pénze nem maradt több két arannyánál, melyet az öcscse küldött vala doppelül Fejérvárrul s ha most jó idején az én kevés pénzemmel asztalra nem mennénk, oztán fogyatkozva nem várnának az gazdák. Mégis igy praenumerálunk most és ennekutánna, ha megszükülünk is, inkább el várnak. Magamot meg nem vonhatom és azt nem cseleküdhetem, hogy megtagadnám Bogáthi Miklós uram bátyámtul, noha talám hasznomra nincsen, de mégis úgy kell lenni, az üdő szüksége azt mutatja. Illik azért, hogy Kegyelmed Boldisár uramot intse, hogy ennekutánna is magát meg ne vonja, hanem mentül hamarébb lehet, pénzzel értesse, hogy én is kárban ne essem.

Annakokáért Kegyelmed legjobban, hasznosban, cseleküszik, ha Kegyelmed ugy rendeli költségemet, hogy annélkül meg nem fogyatkozom; mert ugy gondtul, butul megment és kevesebbet költök, holott várás fejébe mindent drágábban adnak és ha magunk asztalán kezdünk lakni s ugy olcsóbban telik, mindenkor praesens pecunia requiráltatik. Kegyelmed Kazbek Györgynél vagy Henkel Lázárnál Bécsben elvégeztetheti, hogy irjon ide Velenczében az ő factorának, Kegyelmetektül rendelt pénzt adjon kérésünkre. Azután Kegyelmed Bécsben megküldheti az ott való rendelt embernek és valamint jár az arany, alább váltatik pedig, az mint értettem,
24. Apr. hogy sem mint Erdélyben, apró pénzül megfizetheti. Szent György napig talám, az mi költségem vagyon, megérem vélle, ha Bogáthi uramnak küldenek, jóllehet ide könyveket sem hozhaték az utnak hosszu és alkalmatlan léte miá. Itt is szükségeseket kell azért vennem és téli dologra prospiciálnom.

Az itt való hely mindenbül igen szük, én csudálkozom, hogy még az posztó is drágább itt, hogy sem mint Erdélyben vagy Német országban. Egyébképpen is énnekem nem igen tecczik sem az deákoknak moresi, civiseknek rendtartása, sem pedig lakó helyök, kamarájok ; de főképpen ilyen hideg üdőben, hideg ebédlő házok és hideg fagyos étekkel való tartások. És énnekem ha dicsirnem kellene is, nem ugy dicsírném, mint ha ugy sentiálnék valóban, hanem sequerer alios et insisterem multorum vestigiis, vanis opinionibus. Professorokat még nem hallgathattam, mert még csak most redeálnak officiumokra. Hétfőtül fogva az fő iurecon-

sultust hallgattam, az igen tecczik, jól olvasna, de az deákok gyakorta interturbálják.

Itt több erdélyi vagy Magyar országi nincsen Johannes Herteliusnál. Forgách Mihály és Sombori Romában mentenek volt, onnan Neapolisban. Bizonyoson irták onnan valami németeknek, és ugyan az ő comesi is, kik megjövének, beszéllék, hogy halálra való betegek voltak és nagy nyavalyát, ként szenvedtenek. Ujobban hozák, hogy megkezdtek gyógyulni, tudom, hogy cancellarius [5] uramnak ilyen immatura peregrinatiojok, mint megmondá Marcus uram is, nem leszen kedves. De én betegségek felől semmit neki nem irtam. Irtam egyébrül, egyebet a' mit tudék, de én nem vélem, hogy gyakorta irjak, holott immár két esztendeje mulék, hogy csak egy lineát sem irt, maga ez előtt gyakorta alloqualt levelével. Ez el mult Januariusban könyvet is küldtem vala neki, talám az sem tecczett, magam sem tecczem, azt hiszem ; etc.

Az felséges Isten éltesse, tartsa : vezérelje Kegyelmeteknek minden utait, járásit és adja, engedje meg, hogy tü Kegyelmetek felől omnia fausta et felicia hallhassak és érthessek.

Patavii, 7. die Novembris 1591.

Filius G. V^{rae} semper obediens G. Kornis.

Irja vala Boldisár uram ő Kegyelme,[6] hogy te Kegyelmednek akaratja volna rá, hogy rövid nap haza hína, de az mint lenne mind Kegyelmednek dicsiretire, mind pedig énnekem hasznomra, elémenetelemre, nem látom. Tudja Kegyelmed, hogy igen ifju voltam, mikor ki jöttem, itíletemben is és tudományomban igen gyermek, ugy annyira, hogy ha szintén az Themistocles, Seneca vagy ő magának Simonidesnek memoriája nálam lött volna is, Aristotelesnek vagy Ciceronak naturale iudiciuma, még igen mélyen az tudományban nem mehettem volna el. Valakik laude eloquentiae, vel doctrina, arte aliqua floruerunt, excelláltanak vagy emineálnak is mostan, mind több ideig laktanak ide ki sokkal is, hogy sem mint én. Ianus Pannonius episcopus quondam Quinqueecclesiensis tizennyolcz esztendeig mulatott volt, Michael Paxi, kinél az mü saeculumunk magyart tudósbat nem látott, tizenkettőig maradott, Cancellarius uram is tizenkettőt, ha nem tizenötöt, betöltött. Elhagyom az többit, mint im Marcellus Nagyot és több afféléket, kik sok ideig való lakásokkal nagy tudománt és gloriát kerestenek magoknak ; mert az mi Enyedit[7] és több afféle rendüveket nézi, kik kevesebbe laktanak ide ; az előtt is schola mesterek és gubernatorok voltanak ők és annyi fundamentumok

volt, hogy csak sublimiora necesse fuit illis quaerere, humilia, poëtarum scripta et oratorum praecepta ne inspexerunt quidem. Azon nem igyekezem, azt nem kivánhatom Kegyelmedtül, hogy te Kegyelmed minden jövedelmét rám költse, holott többen is vagyunk, kik ex eodem sanguine procreati sumus, csak ezen felette igen kérem Kegyelmedet per virtutem avitam, amorem paternum et pietatem innatam, hogy te Kegyelmed immár ne hagyjon el, hanem viselje gondomat, suppeditáljon még egy nihány ideig sumptust, hadd mutathassam meg, hogy az székelyeknek is vagyon virtusok, mellyel, ha az szerencse nem irigykednék, elé mehetnének és feljebb is emelködhetnének. Azt azért én Istentül bizony soha nem kértem, hogy in altiori gradu collocaltattassam dignitatis et honoris, csak azon könyörgöttem, hogy jó erkölcscsel, jámborsággal és hasznos tudománnyal engedtessék haza menetelem. Nem is reméllöm, látván, sőt hallván az országnak állapatját, járását, de én, ha csak szántó nevem lévén, az agriculturát, mint egy régi Cato exerceálhatom is két vagy három segiddel, ugyan olyan bódognak ítilem magamot, mint az aki nagy imperiummal, nagy méltósággal és urasággal vagyon. *Stet quicunque volet potens : aulae culmine lubrico.* Me dulcis saturet quies : Obscuro positus loco, Leni perfruar otio. És bizonyára divitiae grandes homini sunt vivere parce, Aequo animo, neque enim est unquam penuria parvi. Nem kételkedem abba, hogy te Kegyelmednek liberalitassát nem sentiálnám, holott azt gondolnom, hogy te Kegyelmed arra bocsásson, vagy arra adjam magamot, a' mire egy nihányan mentek, religiojokat megszegvén, collegiumokban adták az magyarok stipendiumára magokat, ugyan nefas és scelus volna. Azt pedig, hogy hamar haza hína és azt az üdőt is, hogy megrövidiτené, melyet Brassóban magában elrendelvén, ki mondott vala, religionak tartom.

Intitulatio : Generoso domino Wolffgango Kornis de Zentpal, iudici regio sedis Siculicalis Udvarhely. Domino parenti mihi semper filiali amore prosequendo exhibeantur Sampauli.

Indorsatio : 25. die Novembris accepi Albae.

(Autographum. Erd. N. Múzeum Oklevelek törzsgyűjteménye. Kolozsvár.)

[1] Az *ü* betűt következetesen y-nal írja.

[2] A heidelbergi viszonyok ismertetését, ottani adósságainak okadatolását és öcscse, Kornis Miklós heidelbergi igazi, meg vélt szenvedéseinek leirását — mint tárgyunkra nem tartozókat — elhagytuk.

[3] Igy jelzem az elhagyott érdektelen (vagy nem paduai tárgyú) hosszabb helyeket. [4] Mendose : Binghner. [5] Wolfgangus Kovacsóczy. [6] Bogáthi Boldizsár. [7] Georgius.

57.

Padova, 26. Novembris 1591.

Michael Forgách patri suo : Simoni Forgách.

Magnifice domine, domine et parens perpetua pietate colende. Officia debitae gratitudinis et obedientiae Magnificentiae V^rae^ defero, beataeque vitae longissimam usuram precor.

Habet has vices conditio mortalium, ut adversa ex secundis, secunda ex adversis nascantur, inquit Plinius. Hoc cum in omni vita, tum maxime in peregrinatione evenit : neque iis vicibus nostra caruit, dum variae laeta tristibus, haecque illis intercurrunt ; quae singillatim omnia recensere, haud operae precium puto. Sed inprimis morbus, qui Romae iam redeuntem invaserat, fecit ; ne sincera voluptas vitae Italiae esset. Febris quippe tertiana ferventissimis accessionibus, sine ullo prorsus rigore (mirari libet) intervallis quatuordecim dierum me vexavit ; ita prostratis viribus, ut cum duas adhuc septimanas recolligendarum causa quieti dedissem ; aegre tamen, quinta, quam Neapoli Romam redieramus, hebdomade, et vix bene mulo haerens, itineri me commiserim : in quo (nisi, quod etiamnum et nimia sanguinis evacuatione imbecillior sum) Dei gratia, cum ne deficerem, vereor ; ita ad pristinam sanitatem redii, ut etiam veteris morbi reliquiae sublatae videantur. Scio ego Magnificentiam V^ram^ aut non bene eius in me animum novi, hoc nuncio recuperatae valetudinis laetari, eoque non vereor indigentiam nostram, quam hic morbus et ob eum tanti temporis Romae mora attulit, opem paternam oraturus, indicare. Nam haud satis bene subducta ratione expensarum, temere aliorum falsas voces secuti, pauculis, id est, centum coronatis, tantum iter agressi sumus, qui itui tantum suffecturi, in ipso termino susceptae peregrinationis Neapoli defecerunt. Quicquid postea in reditu Romam, Romae in morbo, illinc Patavium usque consumpsimus, aes alienum est, tantundem, quantum nobiscum sumpseramus, et morbi accessione, amplius, viginti. Idque adhuc bene cecidit, quod reperimus, qui nobis pecuniam crederent. Nam, quam societatem ego fidelissimam putabam, prima fuit, quae desereret. Ignotos et qui nunquam me viderant, Deus obtulit, quorum humanitate et beneficentia uteremur. Iam et hic Patavii credite vivimus. Ita haud multum aberit, quin brevi neci ducamur, nisi Magnificentia V^ra^ mature providet. Quintum iam hunc mensem ad ternas meas, hae sunt quartae, responsum Magnificentiae V^rae^ expecto. Quid putem, perire literas : non

enim certe Magnificentiam V^{ram} non scribere, nisi forte mihi indignatur, quod non spero. Atque utinam ne nunc quidem fuissem in hanc necessitudinem adductus, ut aut valetudo mihi studiaque negligenda fuerint ; aut Magnificentia V^{ram} sumptuum flagitatione, quibus exire aere alieno, et reliquum anni in studiis seu hic, seu alibi explere possim, fatiganda. Sed aut hoc faciendum fuit, aut, quod sine scelere non potui, existimandum, Magnificentiam V^{ram} pecuniam, quam salutem meam chariorem habere. Ego sollicitudinem curamque pro me Magnificentiae V^{rae} mendicando, si honestum videretur, redimerem ; sed quem ego patronum promotoremque studiorum meorum appellem, cuique ea curae cordique sint, praeter Magnificentiam V^{ram} habeo neminem. Eam itaque supplex rogo, quae hactenus eius liberalitas ac munificentia me prosecuta est, ea ne in hoc velut extremo studiorum curriculo destituat, idque potius omnes intelligant, si forte tantae spei et expectationi par non ero, nihil mihi praeter me defuisse. Sin in hoc velut metae flexu interpellor, vix est, ut speratam palmam feram. His curis anxium, processura in plures fortasse querelas epistola, recrearunt me literae Magnificentiae V^{rae} nec opinato, cum diu antea frustra quaesivissemus, a nescio quo oblatae, laetiora omnia optatioraque, quam spes meae erant, afferrentes : in quibus amorem curamque mei, magnis amplectar, an providentiam prudentiamque Magnificentiae V^{rae} magis admirer, nescio. Sed, ut pro illo satis me gratum esse non posse, doleo : ita laetor secundum huius praecepto partem peregrinationis nostrae esse confectam, eadem in reliqua, qua superest, Deo volente, observaturi. Tantum, quod hac iam hyeme movere, neque ob tempus, commodum ; nec per sumptus licet. Quos enim Magnificentia V^{ra} 900 aureos scribit nondum frater misit, suntque plus quatuor menses, ex quo nullas eius literas vidi. Sed quoniam id ei negocium Magnificentia V^{ra} dedit, non dubito, quin, ut observantia eius in Magnificentiam V^{ram} et in me amore dignum est, ab ipso curetur. Id vero ad rationem institutumque nostrum peropportune contigit, quod perlustrata hac excursione caetera Italia, ea restat, per quam, Basileam sive Genevam iter faciendum recta et necessario est, Italia flos, in qua Verona, Vicentia, Mantua, Brixia, Bergonnum, Cremona, Crema, Parma, Placentia, Papia, Mediolanum, Genua, tot urbes inclytae et florentissimae. Itaque hanc adhuc hyemem, velut miles in procinctu ; vasis colligendis id est, studiis recolendis, Patavii transigam, vere novo, si Deo placeat, sumptusque suppeditet, optata mihi loca Basileam Gene-

vamque aditurus, indeque, cum divinorum illorum virorum sanctissima doctrina, ex sordibus simulatae toties invito superstitionis, aliquamdiu, velut lustratus fuero, laetis ominibus ad complexum Magnificentiae V^{rae} charissimaeque matris properaturus. Tum Deus Optimus Maximus et Magnificentia V^{ra} provida cura campum ostendet, in quo, si quid virtutis industriaeque fuerit in me tantis sumptibus, tantis laboribus collectum, in oculis dulcissimae patriae, exerere atque exercere possim. Quod Magnificentia V^{ra} cum tota sua domo et familia valet vigetque, quid aliud scribam, quam me ex animo laetari Deumque immortalem devote precari ac venerari, quantum mortalis vita produci potest, pulcherrimos Magnificentiae V^{rae} canos me quam diutissime videre ac revereri permittat, pariterque suavissimae matris, omniumque fratrum et consanguineorum longa ac felici vita gaudere. De patria gratulor eam, Dei protegentis admirabili bonitate, inter feros hostes mediaque arma, alma pace frui. Ostendit hac ratione Dominus, quam facile ipsi sit tollere poenas, si modo nos earum causas. At tu Domine, anticipa nos misericordia Jerem.
tua, et cogita super nos cogitationes pacis et non afflictionis, cap. 29.
ut des nobis finem et patientiam, et invocabimus te et vivemus. Ipse Dominus exercituum Magnificentiam V^{ram} clemens propitius conservet, meque illi, illamque mihi brevi restituat incolumem.

Patavii, 26. Novembris. Anno Domini 1591.

Eiusdem Magnificentiae Vestrae

servitor et filius obsequentissimus

Michael Forgach.

De fratris tam felici profectu, vehementer gratulor; faxit Deus, ut ad frugem et maturitatem florens hoc ingenium perveniat. Lingua Gallica, quam Magnificentiae V^{rae} ita placet, mihi curae erit, si non amplius, saltem, ut libros intelligere possim.

Dominum Demetrium patre adempto, Magnificentia V^{ra} cum virtutis eius fidelitatisque causa, tum, si quid valet, meae petitionis commendationisque, tutorio affectu, in patrocinium curamque suam recipiat, rogo. Me Magnificentia V^{ra} neglexerit, si illum, cui ego omnia debeo, quod authoritate et intercessione sua Magnificentia V^{ra} potest (poterit autem plurimum) curet, ne patrimonio evertatur. Nam, etsi maius ei praemium virtus et doctrina eius promittunt; tamen haereditate paterna exui grave est, semperque parata speratis certiora sunt, et res non parta labore, sed relicta: inter ea, quae vitam beatiorem faciunt a Martiale censetur. Uno

verbo, mihi factura est Magnificentia V^ra quicquid ipsi benefecerit. Et ipse quidem merito suo meretur, ut fidelium servitiorum suorum dignam mercedem ferat: ego autem qua re, ut tot a Magnificentia V^ra beneficia?

Intitulatio: Spectabili et Magnifico domino, domino Simoni Forgach de Gimes, pincernarum regalium in Hungaria magistro, ac consiliario Sacrae Caesareae Regiaeque Maiestatis etc. Domino et patri meo perpetua pietate colendo.

(Autographum. Arch. comitum Forgách. M. N. Múzeum. Budapest.)

58.

Padova, 13. Marti 1592.

Georgius Kornis de Szentpál patri suo: Wolfgango Kornis.

Meg adák szerelmes uram atyám az te Kegyelmed levelét 18 napján januariusnak, mely énnekem sokképpen szerelmes lőn, mert immár egész esztendeje mult vala, hogy semmi irását nem láttam vala Kegyelmednek és egyebekért is, mert sokat különben rendeltem, gondoltam vala magamban, hogy sem mint immár az te Kegyelmed levelébül megértettem és tanultam; etc.

Az dícsiretös nevü gubernator, Géczi János azt mondja volt, hogy az levél hasonló az szamárhoz, kinek hátára valamit tesznek, mind elhordozza, bajulálja: igy az papiros is valamit rá irnak, coniiciálnak, ferálja és elszenvedi. Gondolom vala, hogy azt mondanám, hogy Bethlen György uram akarna megsegiteni valamivel és azzal igyekezném még több üdőt tanusággal ide ki elmulatni. De ezek felől az után gondolkodom többet, mikor levelét látom te Kegyelmednek. Nem tudom mire adja Isten, talám principium triste melior fortuna sequetur, de ekkedig ugy volt, hogy minekutánna te Kegyelmed házátul kiadott mind tristibus temporibus laktam künn, ott is Colosvárat egy faljkáig drágaságban, noha énnekem szűk üdőm nem volt, éltem, ide ki pedig mindenkor abban laktam, soha sohult olcsóságot nem érheték, sem láthaték; etc.

Hogy öcsémnek [Heidelbergában] jó vagy hitván állapatja leszen, az mind Istentül vagyon; mind hogy ugy ide ki jött, mind az miben most vagyon. Látjuk gyakorta, hogy azok mennek fel, az kikben több vitium vagyon, hogy sem mint virtus, és sok, az kiben nagy virtusok vadnak alig nyerheti meg, hogy valami tisztösségben legyen; azt pedig ugyan nem kivánja, hogy in altissimo gradu dignitatis et divitiarum collocaltassék. Erre pedig mindennap clarissima exempla habemus, de nullum illustrius et clarius,

quam in facto Sigismundi imperatoris et regis Ungariae. Sigmond császár mikor ecczer úton járna és immár egy folyó vizön menne átal, megáll az ló alatta és, Kegyelmed megbocsásson, vizelni kezdik, melyet mikor látna egy régi optime meritus katonája, Sigmond császár — ugy mond — szintén ilyen vagy te, mint az te lovad, mert az is oda bocsát vizet, a' huva nem kellene ; te is annak adsz ajándékoz többet, az kinek elég vagyon és meg nem érdemli, énnekem pedig csak azt is nem adsz, mellyel életemet tisztösségesen beérném, maga kicsoda az közüllünk, ki szablyáját többszer kivonta melletted, megmutatta fortitudoját melletted nálamnál ? Én sok fáradság után, sok véres veriték, jámborság, vitézség után csak kegyelmes tekintetet sem érdemlek, másnak pedig csak két szováért is asztaggal adod az beneficiumat.

Nem én vagyok, szerető régi szolgám, *az bünös ;* Isten, ki mindeneket teremtett, az viseli embereknek dolgát, gondját, oda hajol az királynak szive, az hova ő szent felsége vonza. *Ugy áll embernek dolga, állapatja, az mint Isten akarta.* Nem sok üdő mulva megszállnak egy városban és meghagyja az császár, hogy két edént csináljanak fábul, melyeket egymástul semmiképpen meg ne üsmernének. Elkészitik hamar és az egyikben aranyat teszen, az másikban hasonló nehéz nyomó ónnat. Behivatja szolgáját és mondja neki, hogy valamelyiket akarná venné el. Az egyikben arany vagyon, az másikban ón. Méregeti, nézi, gondolkodik, végre az ónnat veszi el. *Látod-e* szerető szolgám, *mond az császár,* hogy Istentül adatik az jó szerencse és állapat !

Hozám elé csak hogy megmutatnám fatorum seriem, és ha talám valami az kivánság és reménség küvül történnék is, te Kegyelmed azon meg ne háborodnék, ne bánkodnék, mert az is Istentül volna, kinek rendelt kegyelmessége ellen rugódozni senkinek, de főképpen nekünk nem jó ; etc.

Én innen sohuva, sem eggyünk is nem ment, nem mentem, ha szintén te Kegyelmed parancsolatját nem értettem volna is, most peregrinálni azokkal az conditiókkal el nem indultam volna. Az üdő az tanulásra legjobb volt most, egyébb is állott volna ellene. Izente vala Josika István uram, hogy ő neki kedves dolgot cselekűdnénk, ha vélle elmennénk, és az uton az inasok tisztit subeálnók, mindenütt *Ill^mus^ dominus*-nak hínuk, ugy megtisztölnűk ; bizony dolgot irok Kegyelmednek, mint szolga kegyelmes urát szokta. Sem az szolgálatot fel nem vevők, sem pedig fejedelmünk titulussát neki nem adók. Ez lőn az oka, hogy deákul is nem szóllottunk vélle. Cancellarius uramnak nagy legatioja vala, tiszti nagy

volt, virtus is mind deákság több vagyon nálla, hogy sem mint Josika uramnál, de mégis külömben viselte magát hozzánk. Talám én főképpen akkor nem érdemlettem volna, de mégis asztalához ültetött, mindenkor ott öttem, hozza mikor akartam be mentem és ugy beszéllettem vélle, az mint illett : tolluntur in altum, ut casu graviore ruant ; etc.

Egyebet nem tudok mit irni Kegyelmednek. Im elég nagy pápaság között vagyunk, de az melyet könnyen, minden scandalum nélkül eltávoztathatunk, könnyű itt embernek religioját elfedezni. Eléggé böjtölnek az olaszok, de mü nekünk kevés böjtünk vagyon, az medicus doctorok megengedék, hogy mindennap megegyük az hust, csak pénteken, szombaton és egyéb innepnap előtt való napon, mikor vigilia vagyon, mert azt mondók nekik, hogy betegek voltunk, mind feküdtünk, csak most kezdtünk felgyógyulni. Ha halat ennénk, az mely itt igen drága és rosz, ismét betegségben esnénk. Csak hogy kevesebbe teljék itt lakásunk, immár mü magunk vásárlunk mindennapra valamit. Itt olyan rendtartások vagyon az olaszoknak főképpen, hogy magok vesznek mindent és ugy táplálják magokat, im mü is elkezdtük, de nem tudom, ha küssebbithetjük-e költésünket vagy nem. Azon járunk, ha mit proficialunk. Cancellarius uram is intötte arra Somboriékot, de ők még pénzetlenségektűl nem mehettek arra.

Az felséges kegyelmes Isten éltesse, tartsa meg te Kegyelmedet minden hozza tartozókkal egyetemben. Engedje meg, hogy ennekutánna is olyan jó hirt, állapatot hallhassak te Kegyelmed felől, hogy én is örülhessek familiánknak és te Kegyelmed is nagy decusunkra legyen mindenkoron.

Datae Patavii, 13. Martii 1592.

Filius G. V^{rae} semper obediens Georgius Kornis.

Intitulatio : Generoso domino Wolffgango Kornis de Zentpal, iudici regio sedis Siculicalis Udvarhely etc. Domino ac parenti meo filiali pie[tate] prosequendo ac observando.

Indorsatio : Accepi 23. die Aprilis Albae Iuliae.

(Autographum. Erd. N. Múzeum Oklevelek törzsgyüjteménye. Kolozsvár.)

59.

Padova, 6. Novembris 1592.

Georgius Kornis de Szentpál Andreae Eössy.

Vix dum menses tres intercesserunt, Generose domine, ex quo gravissimis et summe benevolis literis Generositatis V^{rae} respondi ; ita, ut quod me ultro, quod prius allocutus esset magno

me cumulatum beneficio, G. V^{ra} intelligeret, quin et iam valde alienus ego a gratiis omnibus, nisi grata mihi salutatio tam amica aliorum literis inserta; vidi illas, legi aliorum etiam, cogitationum et petitionum omnium summam perspexi, verum fallentur vehementer ii, quibus spes certa in reditu hominis, repraehendit ipse tanquam Hannibal ephorum illum aut Gisgonem de sua re disserentes, nec quid e re ipsius sit alios recte, si domum docendi causa invitent, aestimaturos adfirmat. Certe breviter, ut dicam, spes vana duntaxat occaecavit consilia eius et si maxime hoc munus venatoris herbarum consequetur, his tamen simplicium, simplicibus ac aridis facibus universa substantia a maioribus, patre clarissimo parta, conflagrabit, de quibus quaesitus D. Nicolaus Bogathius plura percensere poterit. Is iam bene cultus, moribus elegantibus ornatus, rediit ad G. V^{ram}, nec illi hanc fortunam invideo, quinimo, ut sospes, salvus omnes G. V^{ra} offendat, ad altioremque gradum dignitatis adscendere liceat, ex animo opto. Me iuvat in hoc otio et pulvere scholastico non consenescere, sed ita adolescere, ut si quando periclitandae sint vires ingenii: producendum id in forum in hanc clarrisimam lucem populi, maiori cum fructu, dignitate atque honestate versari possim; atque ego huius rei in altiorem venirem spem, si plures desiderio meo accederent anni, nunc me parentem meum pientissimum, iam ante multis petitionibus fatigatum, sumptibus valde exhaustum, nescio quis Genius sollicitare prohibet. Nec te Generose domine, impense orare ausim, ut perfractis repagulis, depositi aeris, relevet aliquantulum parentem, otii aliquid defesso tribuat; scio enim et pro comperto habeo, non esse id tantum, quod si ab aliis quoque usurpetur, vim necessitatis G. V^{ra} sustinere diu possit, praesertim cum magis sit cordi iam G. V^{rae} pietatis misteria indagare, quam nummationis (Ciceronianum est) vias pervestigare. Quod reliquum est maiorem in modum G. V^{ram} peto, imo per omnia sacra oro, ne a me literas suas desiderari patiatur, extinguat ardorem meum colloquio frequenti et me, ut facit, amet. Bene vale G[enerose] Domine.

Patavii, 6. Novembris 1592.

Servitor ac frater G. D. V^{rae} G. Kornis mpr.

Intitulatio: Generoso ac egregio domino Andreae Eössio de Zentersébet. Domino ac fratri mihi confidentissimo exhibeantur.

(Autographum. Erd. N. Múzeum Oklevelek törzsgyüjteménye. Kolozsvár.)

60.

Padova, 6. Novembris 1592.

Stephanus Szamosközi Wolfgango Kovacsóczy cancellario.

Salutem in Christo Servatore, feliciaque omnia et fausta precor, ac servitia mea debita Magnificae Dominationi Tuae offero.

Literas Maio mense datas, circa finem Octobris accepimus. Hanc non literarum tantum missionem, sed et Magnificae Dominationis Tuae erga nos tempestivam benevolentiam aliorum negligentia, video, retardavit. Et praeter moram, pecuniae quoque non exiguum sane detrimentum illatum est. Nam cum isti per manus sibi mutuo tradunt eam transferendam, factum est, ut ex ea callide portio non exigua interversa sit. Cum enim hic 188 nummis Ungaricis apud collybistas singuli aurei usitate commutari possint, lucriones illi vix pro 163 nummis, Viennae Pistolocio mercatori eam summam consignarant, quae Venetiis apud consortem quidem eius mercatorem numerata est, sed non sine gravi intertrimento. Nam 8 fere Ungarici ex ea summa decesserunt, dum illorum pro se quisque satagit ex ea summa, quod in suum vertat commodum, aliquid harpagare. Usque adeo isti Cercopes, nulli rei manum admovent, ex qua lucrum non venentur.

Novi, quod alicuius sit momenti, nihil hic geritur. Pontifex in purganda Italia a facinorosis et proscriptis, occupatus totus est. 22. Septembris 32 captos Romae, et publice supplicio gravi affectos esse, certa fama est. Neapoli itidem et Florentiae multi mactati trucidatique sunt, ita, ut ob salutarem hanc in delendis iis conspirationem principum, vix ullus Italiae angulus illis reliquus pro asylo supersit.

Pestis Cretam Venetorum insulam gravissima pernicie affligit, ita, ut decima incolarum pars iam fere absumpta esse dicatur. Quapropter clausum undique iter est iis navibus.

Dominus Somborius bene valet, et studet adhuc, quamquam minus, quam vellem. In studiis fraeno non valde indiget, in aliis vero maxime. Iuris studium videretur sedulo urgere, si non tam ingenium, quam industria illi deesset. Quamquam videtur non exiguos processus iam in eo fecisse. Hac pecunia aes alienum, quod hic supererat omne exolutum est. Magnificam Dominationem Tuam petimus, ad primum

Salutem in Christo Servatore, feliciaque omnia & fausta precor, ac servitia
mea debita Mag. D. tuae offero.

Literas Maio mense datas, circa finem octobris accepimus. Hanc moram
literarum tantum missioni, sed & Mag. D. tuae erga nos benevo-
lentiam beneuolentiam aliorum negligentia videor retardasse.
Ea praeter moram, pecuniae quoque non exiguum sane detrimentum
illatum est, Nam cum isti per manus sibi mutuo tradunt eam
transferendam, factum est ut ex ea collecta portio non exigua
intercepta sit. Cum enim hic 188 nummis Vngaricis apud
collybistas singuli aurei solidi commutari possint, lucratique
illi vix pro 163 nummis, sicuti a Pistolesio Mercatori eam
summam consignarunt, quae Venetijs apud Consorti quidem
eius Mercatoris numerata est, sed non sine gravi incommodo.
Nam 8 fere Vngarici ex ea summa deperierunt. Deinde illorum
praeterea quisque satagit ex ea summa, quod in suum vertat com=
modum, aliquid surripere. Vsque adeo isti Creperi, nulli
vix manum admouemus, atque quam breui non amittimus.
Noui, quod alicuius sit momenti, nihil hic geritur. Pontifex
in purganda Italia a facinorosis & proscriptis, acerrimus totus
est. 22 Septembris, 32 capitos Romae, & publico supplicio
graui affectos esse, certa fama est. Neapoli itidem &
Florentiae multi mactati trucidatique sunt, ita ut ob seueritatem
hanc in delendis ijs conspirationem Principum vix tollerat
Italia: angulus illis ~~fit~~ nullus qui pro asylo superesset.
Pestis Cretam Venetorum insulam grauissima premens
affligit, ita ut decima incolarum pars iam fere absumpta
esse dicatur. Quapropter classem vndique ea est ijs
navibus Ciuis Sambarius hanc vehit, & studet ea dedere
quamquam minus quam vellem. In studijs fracto non valde
indiget, in alijs vero maxime. Iuuenis studium eius diuersum
sedulo urgere, si non tam ingenium quam industria illi deesset.
Eamque videtur non exiguos profectus iam in eo fecisse.
Hoc posthac ~~est~~ ad alium quod hic superest omnem diligentiam
est Mag. D. tuae petimus, ad primum Januarij aut circiter
de consuetis subsidiis nobis prouidere dignetur.
Datum Patauij, 6 Nouembris, 1592.

Eiusdem Mag. D. tuae,
deditiss. seruus,

Stephanus Szamosközy

Ianuarii aut circiter de tempestiviore subsidio nobis providere dignetur.

Datum Patavii, 6. Novembris 1592.

G. Magnificae Dominationis Tuae

deditissimus servitor

Stephanus Szamosközi mpr.

Intitulatio : Generoso ac Magnifico domino, domino Wolffango Kowachyoczi, Illustrissimi principis Transylvaniae cancellario summo et consiliario. Domino mihi b[enevolo].

(Autographum. Erdélyi Nemzeti Múzeum levéltára. Kolozsvár. Oklevelek törzsgyüjteménye. Edidit: Szamosközi munkái vol. I. pag. III.)

61.

Padova, 20. Februarii 1593.

Stephanus Szamosközi Wolfgango Kovacsóczy cancellario.

Generoso et Illustri domino Volffango Kovachocio, regni Transilvaniae cancellario summo, ac Serenissimi principis consiliario. Domino mihi benignissimo.

Veluti, qui aedificiis ultimas impositùri sunt manus, Illustris et Generose domine, superliminari vestibulorum aut portarum preciosa marmora stemmatibus lemniscisque decorata praefigunt, quibus toti structurae elegantiam ornatumque concilient : ita dum ego trivialis architectus, obsoletos hos lapidum titulos ac quaedam alia eius generis λέψανα, velut coementa quaedam dispersa hac farraginum calce committo conglutinoque, Illustris D. Tuae nomen prae aliis imprimis occurrit, quod propylaeo huius meae casulae pro ornamento praefigerem. Nam cum ruditatem huius scripti neque rerum excellentia, neque verborum elegantia lectoribus commendet, non ab re a tanti nominis splendore speravi tenuitatem operis huius non leve pondus accepturam. In quo quidem etsi dubius animi haerebam, parne esset tantum pyropum Samiae huic testae includere, qua magis deteri, quam illustrari videtur : hanc tamen animi trepidationem minus quidem liberalem, sed tamen sui consciam, vicit meritorum Illustris D. Tuae in me magnitudo, cui non aequivalente antidoto (quid enim a me proficisci potuit, quod illi par esse possit,) sed aliqua saltem grati animi testificatione respondere, aequum sane et conveniens esse duxi. Qua propter frontem huius libelli mei tanquam prima subsellia a nomine tam illustri tamque multis nominibus mihi venerando occupari volui, ut et scripto huic decorom conciliaram et

benemeritorum Illustris D. Tuae memoriam his qualibuscunque diatribis quodam modo recolerem. Indidit hoc Illustris D. Tuae natura, ut beneficus in omnes esse velis : fortuna, ut possis : doctrinae, qua excellis, maiestas, ut studio et amore prosequaris eos, quos aliqua literarum commendat opinio. In quorum numero, etsi me non colloco, ita tamen in me quoque beneficiorum Tuorum torrens exundavit, ut silentio potius ea venerari, quam verbis decantare satius esse ducam. Nam antequam Illustris D. Ladislaus Somborius (quem piae memoriae et honoris causa nomino), parens fortunae meae, optime de regno Transilvanico meritum spiritum Deo redderet, iam tum Illustris D. Tua me in clientelam suam recipere beneficiisque cumulare non destitit. Itaque generoso optimi illius parentis filio Alexandro Somborio me adiunxit, ut eius ope et auxilio subnixus ac eodem veluti in contubernio degens, una cum eo ad Musarum si non penetralia, saltem vestibula aditus pateret. Ita vestris auspiciis tanquam casulae fortunaeque meae larium tutelarium benignitate, his perpaucis annis in hominum luce pro nostro modulo versati sumus. Verum enimvero nihil magis homini proprium, nihil magis commune cum Deo, quam bene de aliis mereri. Hunc animum tolle a superis, ruet totum universum : tolle a principibus viris, labascet omne rerum humanarum syntagma. Quis vero praeter animi excellentiam, caeteras quoque dotes, quas alma virtutum mater Sapientia in Te genuit, non admiretur? Hinc inclytus Poloniae rex Stephamus, rex, inquam, ille fortissimus idemque doctissimus, dum ex praecipuis Transylvaniae proceribus triumviros ad regni eius gubernacula cooptaturus esset, quorum prudentia et sapientia principis Serenissimi nepotis sui nondum adulti inclyta indoles regeretur : Illustrem quoque D. Tuam in principem hunc cancellariatus magistratum iam antea allectum triumviratus quoque et primi a secretis consilii munere insignivit, ut Illustrem D. Tuam, veluti mirificum quendam ac divinum Geryona triplici oneri ferundo parem fore iudicaverit. Ita recta a templo virtutis ad templum honoris, rex ille magnus et virtutum, et literarum aestimator, praehensa veluti manu Illustrem D. Tuam deduxit. Nec sane spem prudentissimi regis destituisti : in tanto enim theatro collocatus non modo toti illi regno charus, sed et exteris admirabilis fuisti, ut non tam virtus tua triplici illo munere, quam virtutibus tuis triplex illud munus totaque patria coronata esse videatur. Cuius animum nullus Vertumnus alio ab aequo bonoque deflexit, nullus Momus quamquam Lynceus carpere potuit, nullus livor

quamquam ἑπταβόειος loco suo dimovere potuit. Cuius aula velut totius regni conciliabulum, bonorum omnium asylum aequitatisque officina patet : unde nulla constitutio, nulla privatarum publicarumque rerum sanctio, nullum diploma, nihil denique quod e republica atque e dignitate principis sit, exit, nisi censurae stiloque Tuo, velut normae singulari primum subiectum sit : ad quem veluti ad magistratuum omnium, post principem summum antistitem, secretiorisque consilii Phoebum, nobilitas regni universi, velut ad oraculum confugit, cuius prudentia et ingenii sagacitate, velut oculis emissiticiis regni eius tribunal perlustratur, ne quid usquam hians, ne quid extra modum redundans, ne quid denique non loco suo positum in iis, quae dignitatem principalem spectant, inveniatur : qui denique, ut verbo absolvam, promus condus est omnium eorum, quibus clementia liberalitasque principis summi aliorum virtutes remuneratur. Quae omnia pluribus referrem, nisi scirem Illustrem D. Tuam, virtutis suae tacita meditatione potius, quam publica earum praedicatione frui malle. Cui igitur magis, quam Illustri D. Tuae has antiquitatis exiguas reliquias nuncupem ; paucas quidem illas, nec dignas, quae tanti patroni tutelae submittantur : sed tamen, qui autorem earum patrocinio hactenus et favore benigniter dignatus est, aequum est, ut et ea, quae ab exiguo cliente proficisci queunt, benigne idem excipiat. Nunc itaque dum his aliquot diebus, Excellentissimus vir Caesar Cremoninus philosophicae cathedrae in hac Academia alter primas, studiorum nostrorum venerandus praestes, ex more Academiae praelectionibus publicis et privatis otium, sed tamen literarium indulget : nos quoque interim εὐσχολάζοντες, a solidioribus studiis ad haec diverticula non penitus ἄμουσα excurrimus, ut dum vulgus vulgare lupercalibus his Bachi festis, suis personis orgiisque operatur, nos saniore fortassis Bromio perciti hos thyrsos scholasticos versaremus. Quapropter hos insubidos antiquitatis cineres ex inferis revocavimus, quo velut in equum Troianum multa rerum genera infarsimus, ac veteranas has merces novis auctariis interpolavimus. Nam cur his elogiis haec miscellanea non ornem, cum et Aristarchi ὀβελισταὶ non solum ea talibus dicteriis confossuri, sed penitus iugulaturi sint, et scio me a vulgo quoque consimilibus sermunculis vapulaturum. Sunt quisquiliae fateor, quas tamen dum ruspamur, velut rimatores quaedam arenae gemmas non leves inde eruimus. Gemmas voco paucos priscorum autorum locos vel ostensos, vel explicatos. Nec vero doctis censoribus hic quicquam praeiudicamus, quorum uberibus

campis dimetiendis nostra decempeda par esse non potest. Sed, ut ansam cogitandi de quibusdam vel tantis ingeniis suppeditem, si tamen ad has minutias indagandas descendere poterunt. Nec sane ego aliter fecisse iudicabor, quam de Diogene illo proditum est. Philippus Macedo bellum Corinthiis intulerat. Illi protinus hostem propulsaturi in urbe discursare, muros firmare, vallos erigere, alios scuta sibi aptare, alios baltheo se cingere, hos tesseram per aciem prodere, illos agmen explicare, equites ad cornu, velites ad stationem quisque suam currere, ac suarum quemque rerum mirum in modum satagere. Quos videns Diogenes, coepit ipse quoque suum dolium, quod illi gurgustii vice erat, in urbe sursum deorsumque volutare, ac quodam interrogante, quidnam ageret : Ego quoque, inquit, quod mearum est partium ago, ne unus inter tam multos cessator esse videar. Ita sane, dum alii primae notae σόφοι, sublimia illa scrutantur, nos quoque velut colligendis in littore lapillis aut arenae micis hanc operam posuimus, excelsiora illa magni roboris Atlantibus relinquentes. In extruenda domo, fundamenta, columnas, epistylia, angulos ac alia marioris momenti, ipsi architecti ad amussim componunt, caeterae operae calcem subigunt, coementa convehunt, tectoria densant, ac magnis eorum laboribus hi non magni momenti ministri, aliquid tamen adiumenti adferunt. Nos quoque collecta haec rudera non fundamentis substernimus, sed subter subgrundas aut canterios locamus, quae Telamones illi sustineant, casura ni illorum robori innitantur. Si, qui vero sunt tanta duritate, ne dicam diritate praediti, ut ne audire quidem ista sustineant, his in promptu erit illam Epicteteae sententiae partem servare, τὸ ἀπέχειν, abstinere. Prometheus ille cum pro animando humano plasmate ignem de coelo detulisset, ac Satyrus eum osculari vellet, admonuit ne mentum illi admoveret, non enim e re sua foret : Ita hi Catones asperis Musis litteris initiati, poterunt alterutrum sequi, voluntatem enim in suo arbitrio sitam habent. Ego potius dum haec Dacica scribo mirari satis nequeo, unde fiat iis in locis tam insolens rerum domesticarum fastidium, ut huiusmodi reliquias ad nostra tempora, velut ex magno naufragio delatas, plerique contemptu potius elevandas, quam memoriae mandandas censeant : qui tum officio bene perfuncti esse sibi videntur, si quam maxime, velut in Eleusinia sacra iurati, taceant, ac tamquam in Elysiis campis dormientes requiescant, nec quicquam in lucem promant, quod aliis sit usui. Ita fit, ut quandoque non magis temporis iniuria destruendo, quam hi silendo memoriam antiquitatis posteritati eripiant. Neque vero

huiusmodi levia a summis ingeniis requirimus, quae semper habent quibuscum colluctentur: adolescentium erant hae partes, quae veluti per oblectamentum in iis aliquid operae ponerent, quae etsi videantur nauci plane et nullius precii, in his tamen asphodelis et maluis nusquam non obvium esset aliquid, quod iuvare posset. Nos vix vel exiguam eorum titulorum, quae in Dacia supersunt, partem huc congessimus, nec enim potestas fuit omnia colligendi. Et horum apographa veluti ἔργα quaedam πάρεργα dum in palimpsestum transferremus, vix unquam in mentem venerat, ut hanc lucem aspicerent, totiesque me materiae ruditas ab incepto deterruit, quoties ad inceptum rei novitas revocavit. Quod tamen sane (nisi me opinio fallit) plus est fortassis, quam si fescenninos scripsissem, aut naenias praetextatasque fabellas atque alia huiusmodi aurium oblectamenta decantassem. Itaque illud his formulis edendum curavimus, quod, ut nostri Aristarchi vicio nobis ne vertant, etiam atque etiam precamur, ac simul deam Peitho mihi propiciam fieri precor, ut apud illos fidem pariter et gratiam inveniam. Video enim iudiciorum ancipitem aleam in hanc talariam tabulam a plerisque proiici. Semonem aut Venerem raros mittere, damnosam caniculam permultos. Qui dum ἀστραγαλίζουσι, nos interea post hanc tabellam silentium nobis imperantes latebimus. Dum haec schediasmata typis transcribendum curo, audio Volffangum Lazium et Stephanum Taurinum, viros doctissimos, de lapidibus Dacicis iampridem aliquid in Austria emisisse. Verum hoc apud me φήμη tantum φημίζει. Quod si eius videndi mihi potestas fuisset data, aut his scribendis supersedissem, aut hanc orbitam illorum vestigiis prius tritam meliori forsan cursu obivissem. Nunc cum ipse primus quasi hoc curriculum cucurrerim, non mirum, si pulverem magis Olympicum ex hoc pentatlo quam praemium aliquod retulerim. Nihil hic aliis propinavimus admirandum, unde nos reputemur alphapenulatorum: quid enim ex hac lacuna praeclarum promi poterat? Edidimus ea ne magis quam perierant perirent. Ubi, si non omnia, quaedam tamen videntur esse alicuius momenti. Tu vero Generose et Illustris domine, cui hoc genus reliquiarum cordi esse non dubito, has lapidum sylvas veluti absumptae messis glumas, paucarum hebdomadum labore coacervatas, primitias laboris mei, accipe libens precor. Etsi forte in iis concinnandis ego Choerili temeritatem sum imitatus, Illustris tamen D. Tua, pro sua magnanimitate Alexander esse ne desinat. Scriptum est exiguum, rude, nauci ac penitus tanquam summi philosophi animal illud ephemeron, quod eodem, quo nascitur

die, interit. Nec sane genium habet, quem Martialis in victuro libro requirit. Verum, si iudicio Illustris D. Tuae probari videro, tum me precium operae fecisse putabo, atque adeo iam non hemerobion, sed polybion fore arbitrabor, nec minus laetabor, quam si linenda cedro aut notanda minio in medium doctorum huius aevi protulissem. Solius autem Illustris D. Tuae calculus mihi in praesentia quidem sufficiet, quo si aliorum quoque bonorum suffragium accesserit, erit, quod mihi iure gaudeam. Si vero vulgi, hoc quicquid est trutina expendatur, nihil inde, praeter contemptum me reportaturum esse confido. Tuae igitur Illustri Dominationi, ut placeat iterum precor, quod si fiet, tum, quod ex Seneca didici, iudicia aestimabo, non numerabo. Deus Illustrem D. Tuam toti regno Transilvaniae incolumem diu conservet.

Patavii, XX. Februarii. Anno M. D. XCIII.

Generosae et Illustris D. Tuae

deditissimus servitor

Stephanus Zamosius.

(Dedicatio operis auctoris «Analecta lapidum» Patavii 1593. excussae.)

62.

Padova, 2. Aprilis 1593.

Georgius Kornis de Szentpál patri suo : Wolfgango Kornis.

Egész esztendeje vagyon immár, szerelmes uram atyám, miótátul fogva Sombori Sándor uramnak kivánsága és akaratja vagyon arra, hogy haza menjen : melyre facultást kért cancellarius uramtul egynihány levelében ; most megengedvén és rea hajolván, immár occasiot ada az irásra jót, kinek igen örülek és kivánnám, hogy gyakorta adatnék ilyen, mind te Kegyelmednek, mind pedig énnekem is, hogy Kegyelmed is gyakortabb beszélgethetne velem és én is crebriusb tehetném bizonyossá állapatom felől Kegyelmedet. Az pedig münemü volt és mely beteg voltam ez elmult novemberben és decemberben is, valami nehezen és rövidedön megirtam vala Kegyelmednek, mihelt az kezem annyira kezde szolgálni és én Hertelius János uramtul is minap, hogy haza felé indult irtam volna, de nyilván hogy megmondjam te Kegyelmednek okát, nem ítiltem és hittem, hogy az utnak adja magát, holott több vagyon immár esztendejénél, hogy mind mü nekünk, mind pedig patronussinak napot az elindulásra és eljutásra is bizonyoson vetett, gyakorta esküvéssel is confirmálta, de azért ugyan beszédét be nem teljesitötte. Most is nem innen Paduábul, hanem Velenczébül indult

el, mü pedig oly opinioban voltunk, hogy Paduábul váljék el tőllünk. De hogy errül eltérjek, im Isten ő felsége immár oly egésséggel szeretett, hogy more solito mind az üdőmet jól collocalhatom, mind pedig költségemet jobb helyre és hasznosban költhetem és hogy ezt is el ne hadgyam, az asztalhoz is idejekor integra famest vihetek, nem ugy, mint ez előtti holnapokban, az melyekben üdőmet sok félelemmel, fájadalommal: hasznos vagy olvasás nélkül vagy gondolkodás nélkül transigáltam: költségemet purgatiókra és oly dolgokra is, az melyeknek be nem vételére sacramento obstringalhattanak volna ezelőtt, vetnem, nem költenem kellett, és végezetre semmi appetitusom, kivánságom az ételre negyed napig is nem volt ; etc.

Cancellarius uram is mostani nagy adfectussal való írt levelében, igen adja tanácsul, hogy ebben az üdőben el ne bontakoztassam magamot innen, hanem ifjuságomnak jobb részét ide töltsem, mert ez az üdő volna legjobb, leghasznosb az tanulásra és tudományomnak nevekedésére, öregbülésére: iudiciumomnak confirmalására, melyben, irám, hogy én nagy örömest megfogadom szovát, csak te Kegyelmed is azon igyekezetben, akaratban és értelemben legyen, melyet reméllek is, nem is hiszöm, hogy ez előtti gondolatja megmutaltassék.[1] Igen szerelmesen ir cancellarius uram, gyönyörüséges szókkal, urunknak is spessét, jó akaratját és felőllem való vélekedését emlegeti ;[2] hazánknak is állapatját dicsiri, de amazt elhagyom, azt mondják egyebek, hogy igen nyavalyás és habonc némely uraim miá, kiknek tanácsátul, hogy te Kegyelmed távul vagyon, bizony azt szüvem szerént akarom és az mü kegyelmes Istenünknek hálákot adok rajta.

Haza nem menésemnek okát helyén emlegethetem és Kegyelmed is adhatja, hogy tecczett Kegyelmednek cancellarius uramnak tanácsa, cohortálása után; miért hogy immár Bogáthi Miklós uram bátyámtul el kellett válnom, hosszabb üdőt az ide ki való lakásra, tanulásra largiálni, vagy azt cseleküdje és mondja Kegyelmed, az mit jobbnak itil Kegyelmed.

Ő felőlle, bátyám felől örömest akarnék érteni, mi állapatban vagyon, udvarnál-e vagy hun és ha ott, micsoda dicsirettel, kedvességgel, de én két atyafinak egy udvarnál való lakását az Hunyadi János testamentuma és parancsolatja szerént, nem igen javalhatnám, nem is kivánom, hogy te Kegyelmed engemet soha, az mikor az lehet is, ha Istennek kegyelmes akaratja, hogy öcséimmel egy szem előtt, egy ur palotájában tartson, helyheztessön, sok okokért, kikrül nem szükség, hogy én oktassam Kegyelmedet.

Sombori uram ismét vissza jő, az mint mondja és cancellarius uram is akarja, ut studiis sius colophonem imponat et aliquot annorum diligentia claudat. Az Vas György uram fia[3] jól vagyon, de nem hiszem, hogy sokáig állhassa ideki az lakást; ha csak annyi költséget ad és küld neki, az mennyit rendelt, és ha két vagy három esztendeig tartja csak ide, ez leszen haszna benne, hogy Páduát és Velenczét, Bécset meglátta, de azt ők tudják, csak arrul irom, hogy bizony akar mint sugorgassuk pénzünket, akarmint sirassuk, de ha itt akarunk lakni, élni, nem érhetjük annyival meg, mint gondolják; látja Isten, sem frissen nem járok, sem többet nem főzetek, eszem, iszöm, hanem csak az mellyel az naturanak, mely paucis est contenta, satisfacialhassak, sem könyvet mód felett nem veszek, egyébre pedig nem költöm, de mégis én jobban nem parcalhatok, sem Kegyelmednek, sem magamnak.

Tartsa meg Isten Kegyelmedet nagy sok esztendeig bódogul és adja hogy rövid nap hallhassak minden jót Kegyelmed felől. Bodoninak irtam egy levelet, miérthogy értém, hogy uruknál igen jól vagyon; ha illik megadni és üsmeretségében még távul való létemben jutnom, Kegyelmed adassa meg.[4] Irtam Lázár András urambátyámnak is, ki Sombori uramnak irt volt ez el mult novemberben, de engemet csak ingyen sem salutált; ha immár harmadik vagy negyedik megvitt levelemre nem ír, fogadom, hogy én is nisi hortante G. T. innen többszer nem irok. Egyebeknek is, az kiknek illött és tudtam, irtam. Megis tartsa és éltesse Isten te Kegyelmedet nagy sok esztendeig jó egésséggel és minden felicitással.

Patavii Antenoris, 4. non. Aprilis 1593.

Filius G. T[uae] semper obediens G. Kornis mpr.

Intitulatio: Generoso domino Wolffgango Kornis de Zentpal, iudici regio sedis Siculicalis Udvarhely. [Domino] ac parenti mihi perpe[tuo] filiali amore prosequendo.

Indorsatio: Accepi 5. Iulii 1593 ex Patavia.

(Autographum. Erd. N. Múzeum, Kolozsvár. Oklevelek törzsgyüjteménye.)

[1] Egyidejűleg anyjának is írt, hatna apjára, hogy még «egy vagy két esztendőt» hagyja itt, hogy tudományában jobban megerősödjék s visszatérve nagyobb méltósággal élhessen a hazának. Küld is valamit s arról ekként ír: Mihály öcsémnek az mely szép könyvet Kegyelmed kívánsága szerént igirtem vala, im megküldtem; elég szép képes könyv, üdővel nem is leszen haszontalan. Kegyelmednek is akarok vala egy selyem kesztyűt küldeni, mely itt olcsóbb, hogy sem mint Németországban, de itt nem

találék olyat, az minemüt én keresek vagy akarok vala, itt mind ujra meczcettet, elől mintegy iznire árulnak s azt gondolám, hogy olyant nem szeret Kegyelmed, egészszet mondva kell csináltatni, immár pedig az üdő ahhoz késő, de akár test színt, akár zöldet akar Kegyelmed, csak Kegyelmed irja meg, küldök, itt minden féle szint tudnak csinálni, mert elég selymek vagyon, onnat is vagyon annyi sinórok, én is immár alkalmasint tudok sinórozni, majd többet, hogy sem mint németül selymezni. (Keresztény Magvető 1898 : 279—280.)

[2] Neki is egyidejűleg felelt, hasonlóan arra kérve, hogy hasson apjára, «ut desiderio meo plures adiiciat annos» s ne kelljen tanulmányait félbeszakítania. (Keresztény Magvető 1904 : 150.)

[3] Wass Ferencz. [4] Lásd következő számunk alatt.

63.

Padova, 2. Aprilis 1593.

Georgius Kornis de Szentgál Stephano Bodoni secretario.

Salutem et felicitatem perpetuam precatur.

Grave mihi et molestum foret, Generose domine, te litteris alloqui meis, nisi benevolentiam tuam multorum ex epistolis et nunciis erga nos huius otii et umbrae scholasticae alumnos abunde perspectam haberem. Fateor enim lubens me saepe a scriptione non pudore duntaxat quodam deterritum, sed etiam animo tuo nondum perspecto esse retractum. Quem, quia benignum nimis et nostri amantem iam audio, valde ineptus ego, si eum aliquo officio non mihi magis conciliare aut saltem confirmare et cohortari ad ardentius studium contenderem: maxime cum te summa virtute, summoque consilio hominem honoribus singularibus in dies augeri: dignitatibus, laudibus, commodis plurimis crescere ac circumfluere audiamus atque laetemur. Placet igitur hic honos, hoc praemium virtutis tuae gloriosissimae, magis, quod a tali principe proficiscantur, qui necdum matura aetate, pulcherrimis animi dotibus in sui admirationem non Daciam saltem, verum etiam omnis admodum orbis terrae gentes rapuit ac pertraxit, ita quidem, ut quod de Scipionum clarissima familia dixerat ille, deque ipso Africano multis praedicarat, ubicunque terrarum gentium is eave consedisset, reipublicae ibi summum praesidium, summam quietem: orbis terrae dominium, iudiciorum, legum, iurium tribunal, rectorum studiorum bonarumque artium asylum, necesse est fuisse; idem de nostro principe Ser^{mo} cunctaque Ill^{ma} familia Bathorea constanter et merito dici possit. Quamobrem magna me perfundes laetitia, si eam recte valere et te meo alloquio delectari scripseris, meque in perpetuum tibi obligabis, nec quicquam meae

potestatis erit, quod non et tuae facultatis esse velim. Bene vale Generose domine et me ama.

Patavii, 4. non. Aprilis 1593.

Servitor G. Tuae Georgius Kornis.

Intitulatio : Generoso domino Stephano Bodoni de Vajdaszentiván, secretario Ser[mi] principis Transsylvaniae etc. Domino mihi confidentissimo.

(Autographum. Erd. N. Múzeum, Kolozsvár. Oklevelek törzsgyüjteménye.)

64.

Padova, 25. Iulii 1593.

Georgius Kornis de Szentpál patri suo : Wolfgango Kornis.

Az én életemig való szolgálatomat ajánlom Kegyelmednek, mint szerelmes uramnak, atyámnak. Az mennyei kegyelmes felségtűl kivánok te Kegyelmednek minden kivánta jókat, jó egésséget, hosszú ideig való életet, szerencsés és bódog állapatot, melyeket engedjen meg ő felsége.

Ugy vagyon szerelmes uram atyám, hogy gyakorta vártam, kivántam te Kegyelmednek levelét olvasni, csudálkoztam is mi legyen az oka, hogy csak te Kegyelmed nem ir ide nekünk, több uraim, kiknek ide fel való gondjok vagyon, nem csak néha, hanem ugyan gyakorta is irnak, de én is ugyan nem egyébre végeztem, hanem mivel hogy te Kegyelmed távulban vagyon az többinél, mind Colosvártul, mind Fejérvártul, nem annyira és oly hamar tudhatja meg az occasiokat. Ez mellett több gondjai is vadnak, melyek propositumátul retrahálhatták. Mindazonáltal noha énnekem elég szomorunak láttatik ilyen ritkán levelet vennem Kegyelmedtűl, elég énnekem az te Kegyelmed szűbeli szorgalmatossága, felőllem való itileti és szereteti, mely még eddig látom, meg nem hült, hanem inkább felgerjedett, melyet sok dologbul eszemben veszek, vehetek, de leginkább mint ez előtt, most is nagy beneficiumábul, mellyel engemet minden tisztösséges és dícsiretes dologra kíván emelni és vinni; ugy annyira, hogy ha én immár többet vagy nagyobbat kivánnék te Kegyelmedtűl, ingratusnak méltán mondatnám, az pedig nyilvá életemben nem akarok lenni, ugy hogy ha cseleküdetemmel fel nem érem is, csak szüvemmel és animusommal promerealhassam: qui enim, teste Seneca, vel honeste saltem beneficiorum meminit, iam refert gratiam. Hiszöm, hogy alkalmas részét refundálhatnám, igen bódognak is itilném magamat, ha csak valamennyire az kéréstül cessalhatnék, de látja

Kegyelmed, szerelmes uram atyám, nem ugy adott münket az natura ez világra, mint egy chamaeleont, hogy csak aërrel élhetnénk, hanem több kell hozza, s azért énnekem is gyakortab kell fárasztanom te Kegyelmedet szükségesképpen az szükség miá, kinek micsoda ereje legyen, az nem tudja, az kinek minden ugy affluál, mint egy Polycrates Samiusnak vagy Pythiusnak, de külömben mind ez egész világ jól tudja, nulla enim lex est tam severa, tam acerba, tam iniqua, quam lex necessitatis, sit licet Draconis, sit Dionysii et, ut recentiori utar exemplo, sit Thamerlanis imperatoris Scytharum, tam enim severe et crudeliter imperat atque cogit, ut nihil sit, quod non efficere possit. Sanguinarias illas leges tot tyrannorum, exilio saepe effugere, solum vertendo interdum devitare illustres atque infames viri iuxta potuerunt, hanc quocunque fugiamus, nunquam a nobis depellere, nunquam deserere possumus, sequitur semper tanquam umbra solem et quodcunque solum ingrediamur, semper nobis comes, semper socia est, si stamus adest, si fugimus convolat, si quiescere volumus, miserrimum omnium hoc est, turbat atque e media quiete excitat, saepe tam altos cordi imprimit dolores, ut fletum cum gemitu acerbo exprimat. O improbissima filia perditae fortunae, o vitae mortalium insidiatriae, carnifex ingeniorum, crux pectorum, gladius cerebri, urbium numen tristissimum, potest de te quisquam praeclara dicere, an potest quisquam sibi temperare a conviciis, non volumine integro concidere, turpissime maledicere? Digna profecto es, quae maledictis omnibus lacereris, dignissima, quae ad Orcaolas deporteris et ibi sulphureis potius torrearis ignibus, quam vel quiescere, vel fluctus numerare permittaris. Tu urbem Romanorum, orbis terrae dominam ad nefanda saepe perpulisti: tu exteras gentes non intellectu tantum, sed etiam auditu gravia perpeti coëgisti, quae, si quis percensere vellet, vitae potius spatium illum, quam exempla deficerent. Mirum tamen est et maxime memorabile, quod Romanos, eos, qui orbis terrae dominium se tenere arbitrabantur, necessitatis legibus, adeo subactos legimus, ut spolia hostium, manubiae victorum, Deorum numini consecratae, instrumenta militiae futura convellerentur ac pueri 14 annorum arma induerent; addictorum etiam et capitali crimine damnatorum sex millia conscriberentur. Servorum mediastinorum, quorum ante opera in verrendis aedibus, sordibus efferendis, aqua haurienda utebantur, quos pecudibus nihilo meliores iudicabant (ut nostra docent iura) nonagies et quater millia ad equitatus supplementem emerentur. Succumbit scilicet saepe generosus animus et non

quod vult, sed quod proximum est capessit. Nullam credo sanctionem mulieres Romanas adigere potuisse, neque honorem illum additum, neque gratiam senatus, ut aurum omne, quod in loculis suis et quas illis habebant, conferrent, quo saevissimis hostibus Gallis pactae mercedis summa exsolveretur, verum adegit illas vis, illa incredibilis necessitatis, eadem et Mamercum Aemilium quinquennalem censuram in exiguum spatium reducere. Populus Romanus Caio Caesari novem decemque annorum tributa paucos intra dies pendere, eo interfecto senatum, ut ipsi senatores in singulos lateres, quos habebant in aedibus urbanis non modo suis, verumetiam alienis, in quibus habitabant, 4 obolos sive sex asses persolvere, a caeteris medii ordinis hominibus bonorum 5 et 20 partem efflagitare. Eadem Casilinates obsidione Annibalis clausos alimentorumque facultate defectos, lora necessariis vinerelorum(!) usibus detracta eque scutis subductas pelles ferventi resolutas aqua mandere voluit. Certe et patrem illum Romanum, multis locupletatum filiis, nulla alia res tempore Totilae in Tiberim labyrinthum mortis una cum filiis demisit, quam haec amara necessitas. Quid? An putamus Viennenses Matthia rege nostro Austriam vexante, sponte centum taleros pro modio frumenti numerasse! An Darium caeno putridam aquam lubentem hausisse? Agamemnonem immolasse Iphygeniam: regem regum Cyrum Tomyri reginae Scytharum se subiecisse, quo non modo vitam, crudelis illa eriperet, sed etiam detracta pelle, probra insuper iaceret caputque sanguine imbueret. Mitto iam quam acerbum fuit 4 illis regibus currum trahere Aegyptium et fortunae volubilitatem inconstantiamque in rotis vertentibus intueri. Mitto Baiazetis casum infelicissimum, qui formam sedis in sublevando Thamerlane praebuit: horreo dicere parem fortunam Valeriani imperatoris, qui cum a rege Persarum captus esset et is quotiescunque equum conscensurus erat, toties Valeriano innixus in equum sublevabatur. Hoc certe est, quod Plutarchus dixit, imperatoribus quidem et regibus omnia parere, sed ipsos etiam, uni necessitati cedere. Atque necessitatis quidem tanta est vis, Generose domine parens, ut si saepe molestus atque importunus efflagitator extiterim, minime sit mirum cum ne reges regum quidem refragari atque infestum telum repellere potuerint. Saepe profecto lachrymae sunt obortae ingemuique vehementer, dum scribendum fuit ad G. Tuam, at quid facerem, quocunque me vertebam, maria undique et fluctus mihi occurrebant, reliquum erat, ut ad G. Tuam, tanquam in portum tutissimum confugerem.

Kegyelmeteknek állapatját miben legyen, megértettem ; etc.

Romában való menetelem felől sokat gondolkodtam, cancellarius uram tanácsát is igen eszemben tartottam, ki énnekem ugy irt, hogy attul magamot megójjam, merk küvül laknom hasznosb volna ; azt én is gondolom, bátorságosbnak is ítilöm, olcsóbbnak is tartom, de ha jó az üdőnek szolgálni és valamit az embereknek tulajdonitani, meghányván-vetvén és Istent is segitségül hiván, ő felségét könyörgésemben tanácsolván, tecczék, hogy elmenjek Bogáthi Miklós urambátyámmal,[1] mert ugyan ott is tanulhatnék, nem fogyatkoznám meg bölcs, tudós emberek nélkül és miért hogy valaha be kellene mennem most lenne jobb occasióm, uti társom, ki mind jó szerencsémben s mind gonoszban együtt lenne velem, talám nagyobb tekinteti is lenne egyebeknél, ha együtt laknánk, Kegyelmednek is arra való hajlását, engedelmét láttam ; de külömben ugy mint hogy késebben, az az octoberben indulnánk. Most az professorok suspendálták leczkéjeket, immár itt nem is olvasnak novembernek harmadik napjáig, mü is az nagy hőség miá jobban, ítilök, tölthetnők Senában, a hun Academia is vagyon, azt az kevés üdőt, azért hamarább is indulni akaránk, mind az nyelvnek is szép és tiszta voltáért, mert ott Senában szólnak igazabban és legszebben. Tudom, hogy Kegyelmednek is nem leszen bántására, bizony nem is müvelném, ha tudnám, de ok nélkül semmit nem cselekeüdtem. El is hidje Kegyelmed, hogy én erre az utra adolescentis more nem incitaltattam, nehezen is vőm rea magamot, de kelle lábam eleiben is néznem, ha valaha valami haszna lenne ; mondtam ezelőtt is, most is mondom, én oly jutalmat nem kivánom, hogy igen meggazdagodjam, utánna csak élhessek tisztösségen és használhassak, elég praemium leszen énnekem ; etc.

Meddig lakjam oda, azt nem tudom, az üdő megtanit. Irok is kegyelmednek minden occasioval felőlle, ha szintén te Kegyelmed tovább ide ki engedi laktomat is, nem ítilem, hogy esztendőnél tovább oda legyek, hanem megjövek ide Paduában és mind addig ide leszek, mig te Kegyelmednek jó kedve s akaratja leszen. Hertelius János dolgait értettem, régen praevidealtam mindeneket ; [tudtam][2] hejában fárad itt, de ha mondtam haragudt ; im látja immár, hogy az két szék között csak az földön üresön maradott, mert itt az kertészséget is elvötték tölle, vagy inkább soha kezében sem akarták adni.[3] Örömest immár haza is menne, de egyképpen szégyenli is, nem is tudja mire, talám hamar meg is tecczenék ki legyen. Nem volt bizony, szerelmes uram atyám, itt oly nem

hogy rese, csak spese is, propter quam vadimonium deseri potuisset, itaque dignus est, qui ad agnatos et gentiles reducatur. Egyébrül mit tudjak irni, én nem irok, nem mondok, ha te Kegyelmeddel lehetséges volna, szemben lehetnék, ugy többet mondanék, most ezekkel az élő atya Isten tartsa meg Kegyelmedet, tekintse meg, áldja és adjon oly állapatot, hogy én is több szerelmes atyánkfiaival örülhessek neki. Add meg Uristen.

Paduaban, 25. die Julii 1593.

Filius G. T. semper obediens G. Kornis mpr.

Kegyelmedet kérem, mint szerelmes uramot,[4] atyámat, hogy ha mikor Sombori Sándor uram szembe leszen Kegyelmeddel, vagy talám szintén házához megyen is, a' mint mondja, Kegyelmed oly fronssal, akarattal fogadja, hogy Kegyelmedet is dícsirhesse és énnekem is lehessen utánna elég jó akaróm, mint eddig volt. Én kivánom, hogy mind nagy s mind kicsin egyaránt szeressen, azon igyekezem is, hogy több jó akaróm legyen, hogy sem mint gonosz, kivánom.[5]

Intitulatio : Generoso domino Wolffgango Kornis de Zentpal etc. Domino ac parenti mihi semper filiali amore prosequendo.

Indorsatio : 28. Decembris accepi.

(Autographum. Erd. N. Múzeum, Kolozsvár. Oklevelek törzsgyüjteménye.)

[1] Hogy római útjukhoz beleegyezését adta, azt Kornis Farkasnak egyidejűleg Bogáthi Miklós is megköszönte. (Erdélyi Múzeum 1907 : 326.)

[2] Talán ez lehetett az egérrágta 3 cm-nyi széles hézag helyén.

[3] A botanikus kertet érti, melynek gondozója a tanár mellett mindig valami jeles tanuló volt s az volt (1592 deczember 16-iki följegyzésünk szerint) maga Hertel is. [4] Külön czédulán.

[5] Kornis György egyidejűleg anyjának is írt, jelentvén, hogy Rómába indúlnak rövidnap, a hol 60 mérfölddel távolabb lesz tőle, mint eddig.

65.

Padova, 28. Ianuarii 1600.

Prorectoris universitatis Iuristarum instrumentum pro tuendis privilegiis Ioannis Melcer Hungari.

Nos Salustius Dionisius Veronensis, almae universitatis D. D. Iuristarum Patavini gymnasii syndicus et prorector, universis et singulis fidem facimus et attestamur, quod infrascriptus est noster scholasticus descriptus in matricula, et ob id gaudet omnibus et quibuscunque privilegiis, immunitatibusque scholasticis exemptionibus datiorum, almae nostrae universitati concessis a Ser^{mo}

dominio Veneto, atque in nostro libro statutorum insertis. Ipsum propterea immunem et exemptum, pariter et omnia bona, famulos, nunciosque suos esse volumus ab omni datii, gabellae, regalium et quarumcunque repraessaliarum solutione. Hortamur itaque et praesentium tenore iubemus omnes et singulos datii praesidentes, datiarios, eorumque ministros et officiales, praesertim civitatis Venetiarum, fluminum, palaterios, portitores, quarumlibet civitatum portarum custodes Ser[mi] duci dominii Venetorum, ut infrascriptum, famulos ac nuntios suos cum bonis et rebus tam mobilibus, quam se moventibus cuiuscunque generis et conditionis pro se et familiae suae usu necessariis et honorificis, ad civitatem hanc venire, transire, redire, emere, conducere, vendere absque alicuius datii et gabellae, regalium, portorii transitus, pontium repraessaliarum, et introitus solutione permittant. Quae omnia de iure et ex nostrorum statutorum forma facere tenentur et obligati sunt sub poena librarum XXXXX etc. In quorum fidem has nostras per infrascriptum cancellarium nostrum fieri et nostrae universitatis solito sigillo communiri iussimus.

Datae Patavii, ex officio universitatis nostrae die 28. mensis Ianuarii et anni 1600.

Dominus Ioannes Melcerus Eperjessi Ungarus. Testatur Iohann a Falkenhain Inclytae Nationis Germanicae consiliarius.

Ioannes Villanus cancellarius mpria.

(Magyar Könyvszemle 1888. pag. 261—262.)

66.

Padova, 4. Martii 1602.

Doctoratus medicinae Danielis Theriani Rosenberg Hungari.

Die Sabbato 2. Martii 1602. Coram [R[do] vicario] comparuit M. D. Daniel Therianus Rosenbergh Ungarus, quondam domini Martini, ut catholicam fidem profiteretur intendens subire examen pro doctoratu in utraque facultate artium et medicinae pro die Lunae 4. praesentis, hora 22.

Reverendus dominus mandavit examinari testes. Dominus . . . artium et medicinae doctor et dominus . . . artium et medicinae doctor fidem fecere de vita catholica et moribus dicti domini laureandi.

Post quam [publicam catholicae fidei professionem emisit, iuxta tenorem verborum bullae Pii Papae quarti conceptum.]

Die Lunae 4. Martii. Supradictus dominus Daniel Therianus examinatus fuit et approbatus, nemine poenitus atque poenitus dissentiente, et sic pronuntiatus doctor.

Promotores . . . 4. Testes . . . 3 et alii.

(Arch. cap. Patavini Dottorati vol. 1601—1605.)

67.

Padova, 27. Maii 1626.

Doctoratus in philosophia et medicina Stephani Orbók de Kökös.

1626 indictione 9-a die Martis, 26. mensis Maii.

Coram me Petro Merio notario collegiato Patavino et cancellario ultrascripto comparuerunt domini Stephanus Orbók Keokeosi Transylvanus[1] . . . asserentes habere licentiam ab Excellentissimis dominis promotoribus suis se se promoveri in philosophia et medicina, adeo se praesentaverunt in dictis facultatibus pro die crastina videlicet dominus Stephanus et . . . hora 11 et D . . . hora 20, cum integra solutione pecuniarum facta, petentes eis assignari puncta et nominantes in promotores suos Magnificos et Excellentissimos dominos doctores infrascriptos ; etc.

In Christi nomine Amen. 1626 indictione 9[a] die Mercurii 27. mensis Maii, hora 11. incirca in scola magna solita Excellentissimi Patavini gymnasii et ad praesentiam Ill[mi] domini Horatii Duca [nobilis] Brixiensis, almae universitatis dominorum Artistarum dignissimi sindici, nec non et infrascriptorum Magnificorum et Excellentissimorum doctorum philosophiae et medicinae per brevia iuxta morem convocatorum, ubi in eodem loco dominus Stephanus Orbók Keökösi Transylvanus, filius quondam domini Laurentii, recitavit puncta sua in philosophia et medicina heri sibi sorte extracta et super eis rigorose examinatus, optime se gessit tam in reassumendis et resolvendis strictissimis obiectionibus sibi per Excellentissimos arguentes factis, quam in curando casu in re medica ei oretenus proposito, adeo, ut eruditionis suae in philosophia et medicina omnibus maximum praebuit argumentum et finito examine se motus extra, iuxta solitum, clausoque hostio positus movit ad suffragia infrascriptorum Magnificorum et Excellentissimorum dominorum doctorum, a quibus de omnibus eorum votis doctor in utraque facultate approbatus remansit. Qua approbatione per nuntium publicata, denuo introductus fuit per Magnificum et Excellentissimum dominum [Pompeium] Caymum praesidem infrascriptum, doctor in utraque facultate pronuntiatus. Praesen-

tibus Magnificis et Excellentissimis dominis promotoribus suis infrascriptis tantum ; etc.

(Arch. Ant. Univ. Patavinae vol. 274. fol. 187—188.)

[1] Két idegennel egyszerre jelentkezett, kiknek nevét elhagytuk.

68.

Padova, 1. Septembris 1629.

Ioannes Horváth de Pálócz comiti Petri Bethlen de Iktár.

Illustrissimo Comiti et domino, domino Petro Bethlen de Ikthar, comitatuum Hunyadensis et Marmaciae comiti perpetuo. Domini suo gratiosissimo Ioannes Horváth de Pálócz, perpetuae felicitatis incrementa P.

Immortales Gratiarum horti; celebre sonat adagium, Comes Illustrissime, inclytum inclytae Domus Bethlenianae decus, quo beneficii memoriam instar cedri, aeternum virere debere intelligimus. Non enim est aequum, tempore et die metiri, quod aeternitas pro exemplo debet semper intueri. Quod dum altius mecum reputo, en accedo te hilaris, et fateor sincerus, memet totum deberi tibi, tuisque ; Illustrissimis quippe comitibus ; parenti tuo, quem singularis pietas, merito a quovis suspici, et coli postulat ; et filio eius cognomini, fratri tuo percharo, cuius generosa indoles, nihil est ita excelsi, quod sperare de eo non iubeat; in primis autem patrueli, qui nomen, dignitates, titulosque non admittit, quia, ut sol reliquas coeli lampades, omnes antecessit ; cuius virtute et invicti animi robore Transsylvania ac Phoenix, ex cineribus suscitata, et erecta, in apicem gloriae pervenit ; imo tota gens Hungarica asperitate superiorum temporum nonnihil depressa, avitae fortitudinis specimen adeo extendit, ut quam nuper remotiores gentes Cyclopica aemulorum tyrannide sepultam credebant; hodie superessse, et cum prisca immortalis nominis Maiorum virtute superese experiantur. Quibus autem nominibus me tibi tuisque debitorem agnoscam, quod singula referre nolim, epistolae leges, maxime autem illorum ubertas iubent ; sufficiat hic recolere, quod in tua umbra, ex tuorum gratia, nobiliora Europaei orbis regna et urbes perlustrasse, regum et principum conspectum habuisse, et singularia plurima vidisse licuerit ; et dum amore studiorum in hac Antenorea Universitate, (quam doctorum virorum frequentia, fama mihi maiorem comprobavit) ad novem vel decem mensium otium ex tuo comitatu remansissem, absentem, inter alia benevoli affectus symbola, literis invisere et recreare non dedignatus sis. Quae quidem ingenua pectoris ingenui in me immerentem merita, equidem ac adamanti

incisa, aeternae memoriae commendata observo, et velut adoro: sed affectum effectu probare tenuis fortuna et curta ingenii supellex vetat; nisi ex innato illo candore, et summa humanitate, quibus rosea tua iuventus, ut gemma auro inclusa, alte enitet, studium pro satisfactione accipias et reputes. Etsi autem gratitudinis meae in te zelum re ipsa exprimendo non sim, tamen contra infirmitatem hanc nonnihil luctatus, qualiquali opella animum tui observantia calentem declarare conatus sum; praesertim, ut in reditu ad te esset mihi, quo tuas et tuorum manus deoscularer, imitatus in hoc morem plebeorum, qui heros suos, aut alios beneficos diu non visos, dum salutandi causa accedunt, quo verbis in maius observantiae argumentum, rem quantulamcunque adiungant; aut qualemqualem florum calathum; aut poma aliquot, et id genus humiliora munuscula; quin nonnunquam mitioribus fructibus destituti, arbuta et unedones offerre consueverunt. Ecce tui observantissimus, siquidem mihi quoque digniora desint, fructibus mitioribus destituar, arbuta et unedones, incomptum et rudem ingenii foetum, *Mnemosynen Historicum de quatour Summis Imperiis et Regibus Hungariae,* ad ordinem *Alphabeticum* et nomina *aetatum,* inter alias occupationes, quibus animus avidus rapiebatur, tumultuario studio, et pingui, ut aiunt, Minerva deproperatum, cui adiunxi quoque *Trigam Orationum,* offero: nec aliorsum, quam, ut tibi, tuisque esset, quo gratificarer, specto; interim debili quoque memoriae meae in observandis praecipuis historiarum capitibus consulerem; quin hoc et similibus exercitiis, collapsam iniuria Martiorum temporum apud me, alias etiam tenuem Latinae linguae notitiam, a cuius uberiori studio, velut ab uberibus, clamore classici vix pubes avulsus fueram, interpolarem et firmarem; praesertim hic in eam rem commodam nactus occasionem, et Musaeum in aedibus Excellentissimi Domini Ioannis Thuilii,[1] Phil. et Med. Doctoris et humaniorum studiorum in hac Universitate professoris primae sedis, cuius, quia singularis eruditionis laudes et summa in me humanitate id meruit, non possum, quin gratam memoriam hic etiam observem. Accipe itaque Comes Illustrissime hoc tenue tenuis, sed in te et tuos maximi et sincerissimi ingenii munusculum; et si hactenus te latuit, quid sit donum levidensum,[2] hic cognosce; inspice, quaeso, solito illo favore et affectu sincere candido, quem velut pertraducem ex altis atavis traxisti, examina; sed ne quaere hic aut compacti sermonis flores, aut variam rerum segetem, quae solidiora ingenia requirunt; sed observantiam meam in te et tuos; quicquid enim hoc sit, non lucernam, sed amorem

tuum et tuorum olet, tua a me humanitas extorsit, et spiritus gratitudinis conflavit. Vale, et te Deus, cuius benignitate summa quaeque nascuntur, ad inclytae Domus Bethlenianae gloriam et immortale Hungarici nominis decus propugnandum et propagandum viribus suffulciat, et heroicae virtutis insignibus ornatum diu sospitem conservet, foveat, tueatur.

Patavii Cal. Septembris epochae Christianae M. DC. XXIX.

(Dedicatio operis auctoris «Mnemosyne Historica» intitulati et Patavii, 1629. excussi.)

[1] Ioannes Thuilius Mariaemontanus, Phil. et Med. doctor et humaniorum litterarium professor primae cathedrae, Patavii. [2] levidensae.

69.

Padova, 5. Septembris 1629.

Natio Germanica Artistarum Mattheo Csanáki.

Ad Nobilissimum Dominum Mattheum[1] Zianaki Ungarum. Salutem et felicitatem.

En, Vir Excellentissime, reculas tuas, quae aurigae nonnulli Basilea huc Patavium transportarunt, inventariumque earundem his nostris inclusum. Certiorem autem te reddimus aurigas isthoc istam tuam supellectilem in publicis oppignorationis aedibus (Al Monte, ut dicunt Itali) pro 13 libris pretio scilicet pro vecturam solvendo, oppignorare voluisse. Quod ipsum postquam animadvertimus tibi, tanquam amico nostro dilectissimo, nostram operam hac in re praestandam esse existimavimus; adeoque aurigis isthic 13 istas libras Venetas pro vectura ex Nationis fisco persolvimus, tuamque supellectilem in Bibliotheca nostra reservandam existimavimus, donec nummi isti Nationi restituerentur et occasio opportuna daretur istam tibi ad Patrios Lares transmittendi. Cum itaque Nobilissimi tui domini sympatriotae, dominus Iohannes Horváth de Pálócz et dominus Laurentius Balck 13 istas libras Venetas Nationi Inclytae restituerint et iam ad patriam solum tendant, per dictos duos dominos, conterraneos tuos, supellectilem tuam nunc transmittimus simulque optamus, ut explicata fronte et feliciter eadem fruaris. Et haec significasse sufficiant pro testimonio pecuniae a dominis sympatriotis tuis, nomine tuo Nationi restitutae. Tu enim, Vir Nobilissime, multum diuque vale et Nationem amantem ἴσῳ ζυγῷ reamare cogita.

Datae Patavii 5. Septembris. Anno 1629.

Tui studiosissimi Consiliarius et Procuratores

(Copia officialis. Arch. Ant. Univ. Patavinae vol. 477. fol. 224.)

[1] Mendose: Mathiam.

70.

Padova, 27. Maii 1632.

Doctoratus in philosophia et medicina Thomae Ozdy de Kolozsvár.

1632. indictione 15, die Mercurii, 26. mensis Maii.

Coram me Petro Merio notario Collegio Patavino et cancellario ultrascripto comparuerunt domini . . . et Thomas Ozdi Claudiopolitanus Transilvanus Ungarus, quondam domini Stephani, asserentes habere licentiam ab Excellentissimis dominis eorum promotoribus sese promoveri, videlicet . . . et dominus Thomas in philosophia et medicina. Ideo sese praesentaverunt in dictis facultatibus pro die crastina hora 21, cum gratia sibi facta dimidiae pecuniae spectanti aerario universitatis, petentes eis assignari puncta et nominantes in eorum promotores infrascriptos Excellentissimos dominos doctores; etc.

Puncta suprascripti domini Thomae:

In philosophia: P. phis. tex. 50. «Quod igitur contraria».

In medicina: Aph. 2. p. parte: In perturbationibus ventris.

In Christi nomine Amen. 1632 indictione 15, die Iovis 27. mensis Maii, hora 21 in Excellentissimo Collegio auctoritate Veneta in studio ordinario . . . dominus Thomas Ozdi Claudiopolitanus . . . fuit per Excellentissimum dominum praesidem eundem doctor in utraque facultate pronuntiatus me et praesentibus Excellentissimis dominis promotoribus suis infrascriptis.

(Arch. Ant. Univ. Patavinae vol. 275. fol. 42—44.)

71.

Padova, 15. Iulii 1636.

Doctoratus in philosophia et medicina Ioannis Baptistae Schifferer de Korpona.

Die Dominico 13. Iulii 1636. Coram . . . comparuit D. Ioannes Baptista Schifferer, filius quondam domini Andreae Carponensis, provinciae Ungariae, ut profiteretur fidem catholicam, cum intendat subire examen in philosophia et medicina die Martis, quae erit 15. instantis, hora undecima, et induxit in testes: dominum . . . et dominum . . . .[1] qui iurarunt; etc.

1636 die Martis 15. instantis. Suprascriptus D. Ioannes Baptista post recitationem punctorum suffragatus fuit admissus, nemine poenitus et pronuntiatus doctor in philosophia et medicina.

(Arch. cap. Patavini. Dottorati vol. 1636—39.)

[1] Két lengyel tanulótársa volt.

72—73.

Padova, 16. Septembris 1639.

Natio Germanica Artistarum Benedicto Gelei de Árkos.

Litterae ad Dominum Benedictum Gelei Arcosinum Transylvanum.

Cum ex litteris domini bibliothecarii nostri (qui nunc Montebaldi degit) vir praestantissime, te vices perorandi proximis lectionum auspiciis non detrectaturum, pro tuo de Universitate bene merendi studio, intellexerimus ; noster dominus consiliarius cum tuam benignitatem caeteris consiliariis aperuisset, comitiis litterariis, quae hodie sunt acta, omnium suffragiis dignus es habitus, cui hoc munus demandaretur. Haec sunt, de quibus te certiorem reddere voluimus ; tuum erit, vir doctissime, responso, quam citissime animum tuum nobis significare. Vale.

Datae Patavii, die 16. Septembris. Anno 1639.

Consiliarius et Procuratores
I. N. G. A. Paduae

Responsum ad superiores.

Nobilissimi, Clarissimi et praestantissimi viri etc. Salutem ac debitam semper servitiorum oblationem.

Hodie ex citimo (!) suburbio Venetias redux, litteras vestras iam dudum optatas accepi, ex quarum lectione me Universitatis vestrae magnificentissimae oratorem pro felici Musarum auspicio declaratum intelligo et annuo ; nec enim ingenui animi esse videtur, id, quod in honorem et sui, et aliorum vergit, detrectare. Quare quicquid in mei, forsitan et nostrae Inclytae Nationis honorem deliberatum est, ratum firmumque esto. De reliquo crastina luce, Deo auxiliante, iter Patavium versus auspicabor, ubi fusius omnia coram explicabo. Valete, viri clarissimi et diu laeti sospitesque vivite, ad nationis vestrae, bonorumque omnium emolumentum.

Venetiis, die 19. Septembris 1639.

C. P. V. Addictissimus
Benedictus Gelei Arcosinus
Transylvanus

(Copia officialis. Arch. Ant. Univ. Patavinae vol. 477. fol. 363.)

74.

Padova, 2. Novembris 1639.

Benedictus Gelei de Árkos Ioanni Philippo Persio a Lonsdorf Austrio, Inclytae Nationis Germanicae Artistarum Patavii consiliario.

S. P. D. Praecipua semper apud me fuit Persi nobilissime, eorum sententia, qui veram nobilitatem non ex sola generis claritate, sed etiam ex avitae virtutis haereditate metiendam arbitrantur; nam, ut de divitiis et idgenus aliis, quae ab antenatis ad posteros devolvuntur, taceam, certe maiores praeclaro facinore insignes habuisse, ad veram nobilitatem minime sufficit, sed et virtutis propriae semina sunt adiungenda. Unde Iuvenalis: Satyr 8.

Tota licet veteres exornent undique cerae
Atria, nobilitas sola est, atque unica virtus.

Iam vero si germana in te requiram nobilitatis indicia, tu non solum Patre tuo, Poeta et Medico praeclarissimo, Sacri Caesarei Palatii comite, iam sex et triginta annos statuum Austriae superioris physico seniore; verum etiam innato virtutum splendore ita refulges, ut et genus, et paternae virtutis gloriam haereditasse videaris. Indicat hoc vigor ingenii tui, quo a teneris unguiculis ad hanc usque aetatem usus, ab imis artibus ad philosophiae et medicinae arcana gradatim, contra aetatis naturam, ascendisti, famamque patris per se venerabilem, filius non degener, multo nomine effecisti celebriorem. Quare et apud inclytam tuam nationem tanti habitus es, ut ea te solum, iuvenem adhuc, deligeret, sub cuius dignitate, in cursu litterarum versaretur. In qua talem te praebes, ut cuncti Germanorum sese felices te consiliario glorientur. Felicem et ego me appellare possum, qui tuam illam veterem erga me promptitudinem in dies ita experior, ut non obscure videam honores tibi mutasse mores, sed bonos in meliores. His admonitus, te potissimum destinare volui, sub cuius auspiciis tenellus ingenii mei foetus lucem aspiceret. Accipe igitur exiguum, sed grati animi munus, et me tibi deditum, meamque orationem benigno lectori, sed tuae primum contra malignos protectioni commendatam habe. Vale et Transylvanum tuum, ut soles, amare perge.

Patavii, 2. Novembris 1639.

Nob[ilissimae] D[ominationis] V[estrae] addictissimus

Benedictus Arcosinus Transylvanus

(Dedicatio operis auctoris «Philosophiae et medicinae elogium» intitulati et Patavii 1639. excussi.)

75.

Venezia—Padova, 3—12. Ianuarii 1643.

Benedictus Gelei de Árkos Nationi Germanicae Artistarum gymnasii Patavini.

Viri Nobilissimi. Fautores et amici observandissimi.

Postquam mihi accessus ad Excellentissimum Contarenum patuit, hodie vobiscum esse decreveram, sed consilium mutavi, inductus frequentia Graecorum aedes Contarenas quotidie obsidentium pro expeditione susceptae nobiscum controversiae. Hortatu igitur praefati Contareni, ad exordium crastini diei me praesentem ad eiusdem aedes esse expedit, pro conficienda privatim apologia contra falsas adversariorum informationes, quibus undique studii moderatores circumventos, ex colloquio domini Contareni accepi. Quas ubi syncera rerum gestarum relatione confutavero, quid hac in re nobis sperandum supersit, vel ex nutu prudentissimi huius Herois colligam, vobisque oretenus enarrabo; ultimam etenim super hoc negotio sententiam pro nunc expectare non licet, nec libet, cum non litigandi, sed favorem tanti senatoris aucupandi gratia me huc missum esse intelligam. Et haec pauca, sed forte ad nostras res non inutilia sunt, quorum vos ignaros esse nolui. Valete.

Venetiis, 3. Nonas Ianuarii 1643.

Nobilissimorum atque observandissimorum D. V^rarum^

Observantissimus

Benedictus Arcosinus Transylvanus

Scriptor huius litteris Patavio redux denuo fuit mandatus Venetias versus, de quo hae litterae ad dominum procuratorem Gasparem Bartholinum Venetiis degentem datae fuerunt:

Nobilissime Domine. Dominus Benedictus Arcosinus, nomine Nationis nostrae denuo Venetias ablegatur, ut solidam vicesyndicatus confirmationem procuret, quare te etiam rogatum volumus, ut si in qua re opus fuerit, personaliter praedicto domino assistas, quo Nobis rem certo gratam facturus es, hisque salutatus ab omnibus vale.

Patavii ex privato consessu, 12. Ianuarii 1643.

Tui Studiosissimi

Consiliarius et Procuratores

(Copia officialis. Arch. Ant. Univ. Patavinae vol. 477. fol. 442—444.)

76—85.

Venezia-Padova, Aprilis—Iunii 1643.

Litterae ad officiales Inclytae Nationis Germanicae Artistarum gymnasii Patavini scriptae Venetiis, a domino Benedicto Gelei Arcosino, Nationis causa ibi agente, idest ratione confirmationis vice-syndicatus.

459 Viri Nobilissimi. Fautores honorandi.

Postquam adversi venti aditum mihi praebuere, totam operam in eo locavi, ut ante festa Resurrectionis causae nostrae, limites extremos attingerent; verum usus spem nobis praestent Gymnasii moderatores, Valaressus tamen podagricus dubios esse iubet, in crastina luce et ipse lucem publicam aspexerit; quod si fiet, nostra negotia portum attigere, sin aliter ad vos mihi redeundum erit, ne et vobis, et mihi inutilis taediosa festorum solemnia Venetiis experiar, cuius rei ignaros vos esse nolui. Valete.

Dabatur Venetiis, die 2. Aprilis 1643.

N : D : V :

addictissimus

Benedictus Arcosinus Transylvanus

Molto Illustri miei Signori. Signori Padroni Osservandissimi.

452 Si trattava per hoggi l'espeditione delle nostre cause, se l'Eccellentissimo Valaresso per li suoi affari, come dice, importantissimi, non si fosse partito in villa, per andar poi a Padoa, ove trattenutosi doi o tre giorni, sarebbe di ritorno a Venetia; talche il giorno della decisione sarà Lunedì o Martedì, mentre l'Eccellentissimo Valaresso non manchi di ritornar presto. Tra tanto, se il detto Signor capitasse in Padoa Vostre Signorie ovvero per mezzo del Signor Salvatico li contaranno caldamente il presente bisogno, principalmente per li candidati, che per addottorarsi vengono impediti, et tanto tempo trattenuti, pregandolo di ritorno quanto prima, che altro non mancherà al fine de'nostri negotii, perchè mi disse l'Eccellentissimo Nani, che per decider intieramente le cause sì gravi, bisogna assolutamente, che tutti tre Reformatori siano presenti.

In fine me l'offero Servitore obbligatissimo

Venetia, li 25 Aprile 1643.

Benedetto Arcosino

Intitulatio: Alli Molto Illustri Signori Osservandissimi, li Signori Consiglieri et Procuratori della Natione Alemanna d'Artisti dello Studio di Padoa.

Viri Nobiles atque Excellentissimi fautores. Amici et Patroni colendissimi. 454

Posthabita tandem cunctatione, taedioso, ob precum nostrarum frequentiam, litigio, Ill^{mi} Academiae Moderatores finem impondendum decrevere ac hodierno primum die Graecorum contra nos, nostraeque contra Graecos praetensiones auditae fuere. Verum cum isthaec controversia, non minori de vicesyndicatu difficultate, vinculo quodam complexa videretur, ut uno ictu utraque definiretur, instití haudque gravatim obtinui: ac protinus citatorias ad Excellentissimos urbis rectores transmitti curavi, ut si quis consiliariorum Universitatis ad diem 3^{m} vel 4^{m} Maii non compareat, privilegium in formam diplomatis conscribatur, aut si ullus eorum nostris rogationibus contradicturus Venetias accesserit, mordentiori ablutus lixivio domum recedat. Vestri igitur erit muneris diligenter invigilare, ut consiliarii Universitatis tempestive per rectores urbis citati, suam in hoc negotio ignorantiam authoritati Reformatorum obtrudere non possint, sic enim fore arbitror, ut omnis eorum tergiversatio adversum sortiatur exitum: quod nunc futurum non levi ductus coniectura, vobis polliceor. Valete.

Dabatur Venetiis, 1. Maii 1643.

Nobilissimorum et Excellentissimorum Do. Vestrarum

Observantissimus
Benedictus Arcosinus Transilvanus

Copia 4. Maii anni 1643 Graecorum cum Ultramontanis in syndicatu concurrentiam declarans.

Uditi da gl' Eccellentissimi Signori Riformatori del' Studio di Padova in contradittorio giuditio da una parte Domino Benedetto Ungaro per nome della Natione Alemanna, dimandante che gli atti degli Ill^{mi} Rettori di Padova de 26 et 30 Novembre prossimo passato siano tagliati, et dall' altra udito Domino Nicolò Balsamo Dottor per nome della Nation Oltramarina, rispondendo non doversi ametter le cose sudette, anzi instando la confirmatione de' predetti atti et terminatione, per esser inclusa la Natione Oltramarina nella Università de' Oltramontani, tanto ne' Leggisti, quanto ne' Artisti; vedute da' medesimi Eccellentissimi Signori Riformatori le informatione de'sudetti rettori et quanto dette parti hanno voluto dir, dedur et allegar, hanno tutti tre concordi confirmato in tutte le parti le terminationi sopradette, dichiarando 462

espressamente che la Natione Oltramarina sia compresa con la Natione Oltramontana giusta li statuti, in quella materia.

D: Battista Nani
D: Anzolo Contarini. E e B
D: Alvise Valaresso. C—c P
Reformatori dello Studio di Padova

Alvise Querini secretario.

455 Nobilissimi, Clarissimi Domini. Salutem et officia.

Rei nostrae decisionem crastina die expectandam iubent studii moderatores, quamvis Nanus, ob susceptam corporis expiationem de suo egressu dubios nos relinquat, caeteri tamen cum secretario certam spem faciunt. Timeo interim ne nova lis cum consiliariis Universitatis nobis suscipienda veniat, Bocatio Anconitano electionem syndici novi fortiter urgente, et simul limitationem latae pro nobis sententiae ad octiduum saltem postulante. Spero tamen omnia contra ipsius intentionem cessura; quod si ex opinione nostra negotia finem sortiantur, dominus consiliarius re cum dominis officialibus collata me admoneat, utrum hic eo usque morari debeam, dum Ill^mi Reformatores sensum suum in Consilio Rogatorum roborandum curaverint; siquidem ad evertendas cavillantium technas suprema authoritate hic opus esse videant. Expecto responsum celeriter, ne hic inutiliter sumptus vestros et tempus mihi quovis aere preciosius consumere cogar. Valete.

Venetiis, 7. Iunii 1643.

Nobilissimorum Do. Vestrarum

Observantissimus
Benedictus Arcosinus Transylvanus

Ad hasce litteras 8. Iunii responsio talis transmissa fuit:

Salutem cum officiis paratissimis. Nobilissime Domine.

456 Ex litteris Dominationis V^rae decisionem negotii nostri crastina luce subsecuturam cum dominis senioribus lubens percepi; quae, ut fausta Inclytae nostrae Nationi proficuaque eveniat tantis tandem difficultatibus e medio sublatis, optamus, iugiter. Quantum ad sententiae nostrae confirmationem attinet, consultum imo summe necessarium fore ducimus, ut ea semel in bonum Inclytae nostrae Nationis ab Ill^mis dominis Reformatoribus decisa, a Consilio Rogatorum summa authoritate confirmetur, qui illa confirmatione confisi, contrariae partis, si quae fuerint spicula, tanquam scuto tutissimo muniti, valeamus excipere.

In quem etiam finem domini seniores consentiunt expectandum adhuc fore Venetiisque manendum per duos vel tres dies, quibus forsitan Dominatio V^{ra} confirmationem ab Ill^{mis} dominis Reformatoribus poterit obtinere. Quod si negotium (quod tamen non speramus) ulterius se se extenderet, melius foret ad sumptus immodicos inhibendos, ut Dominatio V^{ra} re in optima forma Ill^{mis} dominis Reformatoribus recommendata, huc ad nos se se reciperet. Hisce Dominationem V^{ram} cum plurima salute salvere iubemus, negotium nostrum ipsius fidei committentes, omniaque officia mutua offerentes.

Patavii, 8. Iunii. Anno 1643.

Dominationis Vestrae Studiosissimi

Consiliarius et Procuratores

Nobilissime Domine Consiliarie.

Hodie coram Ill^{mis} Academiae Moderatoribus sensa con- 457
siliariorum Universitatis audita fuere, nilque aliud responsum fuit, quam, ut quieti publicae omnes studerent, cumque Bocatius cum Peranda, suo collega, minitanter replicaret excanduit Valaressus in haec verba prorumpens : Animum Reipublicae esse, ut Gymnasium Patavinum ab omni perturbantium face, mundum conservetur. Si qui perturbandi animo lites movissent, recederent Patavio, antequam severiori mandato ablegarentur. Cui dum liberam omnibus discedendi facultatem Bocatius reponeret, retulit responsum tale : Vadino dunque in qualche altro studio che noi non habbiamo bisogno di scolari seditiosi.

Accepto tali responso, nondum suas partes deseruerunt consiliarii supradicti, verum tentandam etiam Nani mentem privatim decreverunt. Quid vero apud eum effecerint cras resciam et ad Vos scripto transmittam. Valeat.

Venetiis, 8. Iunii 1643.

N. D. Vestrae Studiosissimus

Benedictus Arcosinus Transylvanus

Nobilissimi Domini.

Postquam consiliarii satis superque strepitum Nanio Refor- 457
matori oggesissent, tandem eo bonum senem deduxerunt, ut licentiam eis daret novum eligendi syndicum, iuxta ea, quae prius determinata fuere, eumque Valaressus primo partes nostras fervide suscepisset, videns Nanium a consiliariis victum et ipse succubuit, simulque secretario praeceperunt, ut latam sententiam ad rectores urbis perscriberet, nil interim de nostro vice-syndicato

deque Graecis curantes, sed electione novi syndici omnia incommoda tolli posse existimantes. Ubi vero nostrae et Graecorum preces de communicando latae nuper sententiae exemplo ... multaque a nobis obiicerentur contra executionem litterarum in favorem consiliariorum ad rectores urbis scribendarum, nisi unicuique parti sua sententia assignetur, solito styli Veneti more dilationem in crastinum retulimus; interea scriptae ad praefectum litterae, quas ego mecum afferre nolui, cum scirem in illis nil pro nobis contineri, consiliariis ergo traditas cras Patavii habebitis. Quid tandem de nostro negotio factum sit perendie vobis enarrabo, rogans Deum ne unquam legatione Veneta amplius animum meum studiaque perturbet, nec enim ab initio vitae meae tantas ex ulla re molestias me percepisse scio, et nisi Italico more petulantiam nostris rebus coniungamus, timendum est, ne sexaginta Germani modesti, causa duorum nebulonum ius suum amittant. Haec coram pluribus, nunc valeant.

Venetiis, 9. Iunii 1643.

Nobilissimorum Do. Vestrorum Observantissimus

Benedictus Arcosinus [Transylvanus]

460 Viri Praestantissimi, concives observandissimi. Salutem et prosperos rerum vestrarum successus.

Annum hunc Germanicae Nationi fatalem, mihi vero exitiosum omnino fore multa sunt, quae me ad dubitandum impellunt; ac, ut caetera praetermittam, illud mihi maxime iniquum videretur, post tot tantaque sudoris et expensarum dispendia latae in favorem sententiae, beneficio, ob secretarii errorem privari et tamen periculum huius rei instat non aspernandum; licet enim mentes trium virorum pro nobis militent, bonus tamen ille senex Quirinus sua nobis absentia periculum minatur, heri rus secessit, quas in partes scire non possum, dicitur ad diem Martis effarre. Interim non deero, ut intelligat se a magistratu ad munera revocari, ac in hunc finem schedulam ipsius domi reliqui, a quodam ruricola cras mane venturo transferendam. Hodie cum equite Valaresso loquendi copia mihi fuit, viderint — inquit — alii nullis reipublicae negotiis implicati, quid facto opus sit, se ab eorum voluntate nec latum unguem secessurum. Unde consultum mihi videretur fore, si Ill^{mus} Protector calidiori epistola languentem ipsius animum pro nobis concitaret, ne ipso indifferente, Nanius, de quo multum ambigo ad executionem erroneae commissionis, praetextu exeundi conniveret: et quamvis Valaressus propediem Patavium abire

18*

cogitet, non tamen ab re erit ad eum scribere, cum nil adhuc certi secum de discessu deliberaverit. Valeant.

Venetiis, 14. Iunii 1643.

Clarissimarum Do. Vestrarum

Concivis Observantissimus

Benedictus Arcosinus Transylvanus

Ad hasce litteras eodem die responsorias exaravi sequentes:

Salutem cum officiis paratissimis. Nobilissime Domine.

Litteras Dominationis V^rae^ accepimus, illisque perlectis 461
negotia nostra adhuc in antiquis haerere terminis non sine tedio, intelleximus; quae, ut quamprimum ad finem feliciter perducantur, desideramus cuncti. Quod ad secretarium Quirinum attinet illius absentiam haud libenter intelligimus, cum tamen nil interea efficere queamus, ipsius reditum praestolari condecet, in quem etiam finem Dominationi Suae adhuc duos dies largimur, quibus vel reversum alloqui, vel si sciverit ubi moretur adire poterit; etiam atque etiam rogantes, ut pro sua erga nostram Nationem benevolentia negotium urgeat, cum terminus in diem Iovis ad finem sit decursurus, novique syndici vel vice-syndici electio a consiliariis Universitatis valde urgeatur, periculumque alicuius praeiuditii in mora esse videatur. Quod si (de quo tamen non cogitabimus) nil efficere poterit, melius erit huc redire, ne exhaustae aerarii nostri vires plane supprimantur.

Quod ad dominum Valaressum attinet, inconsultum iudicamus hac de re dominum Protectorem interpellare, cum iam satis superque negotium nostrum in optima forma dominis Reformatoribus recommendaverit.

Hisce Dominationem V^ram^ cum plurima salute salvere atque valere iubemus.

Patavii, 14. Iunii. Anno 1643.

Dominationis V^rae^ Studiosissimi

Consiliarius et Procuratores

(Arch. Ant. Univ. Patavinae vol. 477. fol. 450—461.)

86.

Padova, 13. Decembris 1659.

Diploma Universitatis Patavinae medicorum Andreae Pétsi Transilvano doctori in philosophia et medicina datum.

IN CHRISTI NOMINE AMEN. Universis et singulis praesens hoc publicum doctoratus privilegium visuris, lecturis et audituris. *Nos* . . . in Patavino Archilyceo . . . *publicus professor* In-

clytique ordinis dominorum Philosophiae et Medicinae doctorum et professorum *auctoritate Veneta Praeses.* Salutem in *Eo,* qui est omnium vera Salus.

ANTIQUA et praeclara Universitas Patavina bonarum litterarum Mater gloriosa et Artium ac Scientiarum Parens optima, quae Clarissimorum professorum splendore, vetustissimorum studiorum auctoritate, et fide rei doctrinae et virtutum omnium monumentis, non modo per Italiam, sed per totam etiam Europam, et ubique gentium inter Academias principatum obtinet, eos duntaxat ad summum Doctoratus gradum et Magisterii dignitatem, quo caeteris hominum generibus praeferuntur evehere, et extollere consueuit, quos virtutum excellentia, meritorum copia, diuturna studia, pervigiles labores, tandem etiam examinis rigorosi certamen laurea Academica et Doctoratus corona dignos exhibuerint. Aequum et rationi consentaneum Maioribus nostris visum semper fuit unumquemque pro meritis digna proemia ferre neminique ad honorum fastigia, nisi per laborum certamina et virtutum aditum patefacere. Propterea iure optimo sancitum est, ut qui liberalibus artibus philosophiae et medicinae omnem suam operam et assidua studia impenderent, ii maximis laudibus ac summis honoribus, aequissimis scilicet virtutis proemiis afficerentur, quatenus eorum exemplo Socii et Posteri ad capescendam virtutis et industriae semitam laudum, et honorum stimulis, ac desiderio accenderentur, ipsique in via probitatis fiduciae, decoris atque gloriae confirmarentur. Significamus itaque Vobis, declaramus et harum litterarum tenore fidem facimus, et attestamur, qualiter die infrascripta datarum praesentium Nos Praeses antedictus auctoritate Veneta, iuxta antiquam et approbatam consuetudinem, ac privilegia Almae Universitatis Patavinae, quibus fungimur in hac parte sub regimine *Illustrissimi et Sapientissimi D . . . publici professoris,* Almaeque Universitatis D. D. Artistarum eiusdem Academiae *pro-rectoris ac syndici dignissimi,* qualiter, inquam per Venerabilem consessum Ecxellentissimorum doctorum et professorum in praefata Academia[1] praeclarus[2] ac eruditus vir, D. Andreas Pétsi, Transilvano Ungarus, quondam Georgii filius, adductus est ad Nos cum uberrimis testimoniis ingenuitatis et probitatis suae, nec non diuturni studiorum curriculi in artibus liberalibus et disciplinis philosophicis et medicinalibus, et cum certissimis documentis laborum, vigiliarum et exercitationum per idoneum annorum continuatorum numerum, quem a promotoribus suis de meliori nota Nobis com-

mendatum et oblatum, ad subeundum suum ultimum examen doctrinae, quod rigorosum vocant, punctis Ei in philosophia et medicina hesterna die sorte eductis et pro more huius Academiae Eidem adsignatis, hodie diligenter et acriter examinari coram Nobis et excuti curavimus. Ipse autem locis persequendis, argumentis tractandis, quaestionibus et oppositionibus clare solvendis, casibus explicandis et curationibus proponendis, in omni denique sua periclitatione satis docte, laudabiliter, excellenter, egregie ac doctoreo more se gessit, talemque vigorem ingenii, et tantam ostendit vim memoriae, doctrinae facundiae et caeterarum rerum, quae in consummatissimo philosophiae et medicinae doctore requiri solent, ut magnam sui expectationem, quam apud omnes iam pridem merito concitaverat, non solum sustinuerit, sed etiam longissime superaverit. Quamobrem ab Excellentissimis Inclyti Ordinis praefati doctoribus et publicis professoribus omnibus ibidem continuo existentibus unanimiter et concorditer, cunctisque suffragiis ac eorum *nemine penitus* atque *penitus, penitusque* discrepante, aut dissentiente, nec haesitante quidem idoneus, aptissimus ac sufficientissimus Philosophus ac Medicus fuerit iudicatus et merito quidem adprobatus, sicut ex eorum omnium et singulorum sufragiis sententiis in secreto scrutinio Nobis porrectis evidenter et perspicue constitit. Nos itaque antiquam sequentes consuetudinem ac sententiam privilegiorum Patavinae Academiae[3] (habita ratione scientiae, eloquentiae, peritiae, facultatis interpretandi, methodi curandi et aliarum virtutum ac morum eiusdem, quorum omnium certissimum specimen exploratus et pertentatus dedit) de consilio et sententia omnium Excellentissimorum praedicti Venerandi consessus Doctorum et Patrum praesentium, et hoc ipsum postulantium pro tribunali sedentes Eundem Praeclarissimum [Dominum Andream Pétsi] virum quidem doctissimum atque ita universis naturae, artisque dotibus ornatum, ut nihil amplius Ei deesse videatur, Doctorem Philosophiae et Medicinae in *Dei Nomine* approbavimus et approbatum esse volumus pronuntiantes et declarantes Eum esse optime habilem, idoneum ac dignum officio, munere, dignitate et honore Doctoratus in Philosophia et Medicina : Ipsumque continuo philosophiae et medicinae doctorem publice et solemniter fecimus et creavimus, ac per praesentes litteras facimus et creamus, tribuentes Ei tamquam vere idoneo ac optime merito, et hac promotione, honorisque apice dignissimo liberam et plenariam potestatem cathedram Magistralem ascendendi, atque insignia Doctoratus a promotoribus

suis petendi et recipiendi, Ipsisque promotoribus illa eidem impertiendi liberam facultatem, ut imposterum libere ac plenarie, publice et privatim in quibuscumque philosophicis et medicis disciplinis hic et ubique in toto Orbe terrarum legere, repetere, consulere, disputare, quaestiones terminare, controversias decidere et practicare possit, atque earum singulas partes, aut universas profiteri, docere, glossare, interpretari et commentari, omnemque philosophiam et medicinam facere, scholas regere, baccalaureos instituere omnibusque et singulis uti, frui et gaudere privilegiis, praerogativis, exemptionibus, immunitatibus, libertatibus, concessionibus, honoribus, favoribus, praeminentiis, beneficiis, gratiis ac indultis aliis quibuscumque quocumque nomine censeantur, quibus alii Doctores Almae Parisiensis, Salmaticensis, Papiensis et Bononiensis Academiae, quibuscumque ecclesiasticis vel temporalibus concessionibus, aut indultis gaudent et utuntur, vel uti et gaudere possunt ac poterunt quomodolibet in futurum, iuxta formam privilegiorum Almae Universitati nostrae Patavinae antiquitus et absolute concessorum. Quibus ita gestis et declaratis, ut supra Perillustris et Excellentissimus philosophiae et medicinae Doctor *D . . . publicus professor et promotor* eiusdem in philosophia et medicina pro se ipse, ac aliis Perillustribus et Excellentissimis philosophiae et medicinae doctoribus, videlicet D . . . . omnibus publice legentibus memoratum Virum per suam luculentissimam orationem petentem et acceptantem consuetis insignibus ac ornamentis doctoralibus ibidem decoravit solemniter et publice insignivit tribuitque Eidem philosophiae et medicinae libros primo clausos, mox et apertos, annulumque aureum digito ipsius indidit ac birretum doctorale pro Laurea Corona capiti Eius imposuit, pacisque osculum Eidem exhibuit cum Magistrali benedictione. Sic itaque summa cum laude et honore ingenti Praeclarissimus et Excellentissimus D. [Andreas Pétsi] ad summum doctoratus apicem philosophiae et medicinae *Deo favente* pervenit. In quorum omnium et singulorum suprascriptorum fidem ac testimonium has nostras patentes privilegii litteras manu nostra subscriptas et sigillis *S. Marci Veneti,* Almaeque Universitatis D. D. Artistarum corroboratas chirographo etiam cancellarii eiusdem Universitatis iussimus communiri.

Actum et datum Paduae in loco solito examinum Academiae Patavinae. Anno a *Christi Nativitate* 1659. Indictione XII. Die vero Sabbati 13. mensis Decembris. Principatus autem Serenissimi *Principis Nostri D. D.* [Iohanni Pesaro] *Ducis D. D. Venetorum*

Anno [secundo.] Praesentibus ibidem D. . . . et D. . . . et aliis quamplurimis diversarum Nationum testibus ad praemissa vocatis et rogatis.

L. D. O. M.

(Arch. Ant. Univ. Pat. vol. 570. Formule di diplomi Artisti in Coll. Veneto.)

[1] Mivel Pétsi András orvosi diplomáját nem ismerjük, fenti bevezető sorait egykoru mintaszövegből pótoltuk.

[2] Innen kezdve Dr. Stephanus Weszprémi : Succincta medicorum Hungariae et Transilvaniae biographia vol. II. pag. 173—175, itt-ott javítva az előbbi formulare szövege alapján. [3] Eddig Weszprémi könyvéből.

87.

Padova, 1662—1663.

Natio Germanica Iuristarum de rebus studentium Hungarorum.[1]

Anno M. DC. LXII.

Die 17. Aprilis in conventu privato subsequentes sunt designati consiliarii, quorum insignia in collegio appendenda sunt 184
hoc anno : Consiliarius Ungarus D. Laurentius Toppeltinus Transylvanus.

Die 17. Augusti: Dominus Toppeltinus bibliothecarius noster, 200
consiliarius Ungarus.

Die 30. Octobris habito privato in bibliotheca conventu, 206
Laurentius Toppeltinus nationis syndicus eligebatur.

Anno M. DC. LXIII.

Die 10. Ianuarii congregatis loco consueto omnibus totius universitatis consiliariis proponebatur primum, operae pretium Ill^{mo} domino syndico, locum quendam pro cancellaria commodum, ubi certis diebus statutaque hora cancellarius matriculas distribueret, in Bo eligere ; id, quod non modo unanimi omnium consensu comprobatum, verum etiam, ut Ill^{mi} domini syndici veluti authoris, arma ibidem ponerentur, complacitum est.

Die 26. Februarii habita deliberatione privata, decernebatur, quod, cum de cuiusdam nostrae Nationis membri indigne exclusi restitutionem ob turbulentum dominorum Artistarum statum cum his agere non licuisset hactenus, nunc sopitis quodammodo illorum animis summo studio ea urgeri deberet, eumque ob finem D. Laurentius Toppeltinus syndicus et D. Jeclinus procurator Nationis ad dominorum Artistarum consiliarium ablegabantur.

In hoc ipso conventu D. Laurentius Toppeltinus monebat dominorum Artistarum consiliarium me Bachanalium tempore

Venetiis degente, suae matriculam Nationis personae cuidam Illustri, videlicet Aulae magistri Caesarea principis Porciae filio obtulisse, quod novum illorum coeptum haud parum nobis praeiudicare visum est ideoque illico Excell^{mo} domino Galvano protectori nostro renuntiatum ; etc.

Die 9. Martii omnium consiliariorum in universitate congregatio erat, cui, absente per valetudinem Ill^{mo} domino syndico, ipsius loco praefui, ubi cum de erigendis praesentium consiliariorum insignibus mentio fieret, ac ponendo Ill^{mi} domini syndici monumento a consiliario quopiam proponeretur, utrumque illud ob receptam consuetudinem, hoc vero praeclara syndici merita obtinuit : igitur consequens erat quatuor assessores, duos pro consiliariorum armis, reliquos pro memoria syndici eligere, evenitque, ut Ultramarinae consiliarius competere cum Ultramontanis initio quidem cogitaret, sed postea, suasu nescio cuiusdam amici, an reiteratae metu repulsae, ultro destiterit, adeoque nemine prorsus contranitente ex nostris consiliariis assessores duo electi sunt.

Die 14. Martii privato in Bibliotheca conventu statuebatur Ill^{mi} domini syndici effigiem, ad multorum in nos benemeritorum compensationem arctioremque commendationem aere exsculpere eique postea praesentare.

Die 17. Martii in privato conventu D. Laurentius Toppeltinus syndicatum Nationis egregie a se administratum condigno successori domino Gothardo Kirchringio, consensu omnium, committebat ; etc.

(Arch. Ant. Univ. Pat. vol. 464. fol. 184—206 et 82—83.)

[1] A kötet czíme : Actorum annalium Inclytae Nationis Germanicae Iuristarum Patavinorum tomus tertius. Anno 1650. (Közel 800 lapnyi eredeti bőrkötésű, nagy ívrétű jegyzőkönyv ; mai száma : 464. A kötet utolsó bejegyzése 1709-iki.)

88.

Padova, 29. Augusti 1667.

Doctoratus in medicina Ioannis Godofredi de Hellenbach Hungari.

1667 die Veneris 26. mensis Augusti. Coram Ill^{mo} domino Antonio Molinetto Veneto dignissimo praeside venerandi Collegii Veneti comparuit Excellentissimus dominus comes Hieronymus Frigimelica promotor et praesentavit dominum Ioannem Godofredum de Hellembach nobilem Hungarum, filium domini Hieremiae, reverenterque petiit pro die Lunae, hora 13^{a} in utraque facultate cum integra, ac instetit ei assignari puncta pro subeundo

examine, iuxta formam ducalium. Quam Dominatio Sua Illustrissima, habita fide de sufficientia sua, admisit in forma.

1667 die Dominico 28. mensis Augusti. Puncta domini Godofredi de Hellembach sorte extracta in utraque:

In libro Praedicamentorum. Aequivoca dicuntur etc. Avic. p^ma^ 4^ti^ tract. 2. cap. 7. Scias, quod intentio in medicando has febres etc.

In Christi nomine Amen. 1667 die Lunae 29. mensis Augusti hora 13 in Excellentissimo Collegio Veneto almi gymnasii Patavini, cum praesentia Ill^mi^ domini Ioannis Georgii Renekh dignissimi vice-syndici Magnificae universitatis dominorum Artistarum ... dominus Ioannes Godofredus de Hellembach nobilis Ungarus fuit per eundem Illustrissimum praesidem doctor in utraque facultate pronuntiatus et declaratus. Praesentibus Excellentissimis dominis doctoribus infrascriptis ; etc.

(Arch. Ant. Univ. Patavinae vol. 281. fol. 41—42.)

89.

Padova, 20. Augusti 1668.

Doctoratus in medicina Martini Hermann Transylvani.

1668 die Veneris 17. mensis Augusti. Coram Ill^mo^ domino Antonio Molinetto dignissimo praesidae Excellentissimi Collegii Veneti comparuit ... Excellentissimus dominus Carolus Rinaldinus promotor [et] praesentavit dominum Martinum Hermannum Transilvanum, filium quondam domini Michaelis reverenterque petierunt pro die Lunae, hora 13. ac insteterunt assignari puncta in utraque facultate pro subeundis examinibus, iuxta formam ducalium ... cum integra solutione ; etc.

1668 die Dominico 19. mensis Augusti. Puncta domini Martini Hermanni in utraque sorte :

In p^o^ post. tex. 35: Quae igitur dicuntur in simpliciter scibilibus per se etc.

In libro Artis Med. Gal. cap. 24. Magnitudo oculorum quidem, ubi concinitas etc.

In Christo nomine Amen. 1668 die Lunae 20. mensis Augusti hora 13 in Excellentissimo Collegio Veneto almi gymnasii Patavini cum praesentia Ill^mi^ domini Ioannis Hartmann dignissimi vice-syndici Magnificae universitatis dominorum Artistarum ... dominus Martinus Hermannus Transilvanus ... fuit per eundem Illustrissimum vice-praesidem in dictis facultatibus pronuntiatus ; etc.

(Arch. Ant. Univ. Patavinae vol. 281. fol. 70—72.)

90.

Padova, 11. Augusti 1670.

Doctoratus in medicina Esaiae Waldmann Geyger Posoniensis.

1670 die Iovis 7. mensis Augusti. Coram Ill^{mo} domino Raymundo Ioanne Fortis dignissimo pro-praeside... comparuit Excellentissimus dominus Antonius de Marchetis promotor et praesentavit ... item nomine Excellentissimi domini comitis Frigimelica coram, ut ante praesentavit dominum Esaiam Waldmann Geyger Posonio Hungarum, quondam domini Danielis, reverenterque petiit pro die Lunae proximo hora 13, ac instetit eis assignari puncta in utraque facultate pro subeundo examine, iuxta [formam] ducalium... cum integra; etc.

1670 die Dominico 10. mensis Augusti. Puncta Esaiae Waldmann in utraque sorte extracta:

In 2^{o} de Anima text. 107. Habet autem dubitationem utrum plures sunt, aut unus etc.

In libro Artis Med. Gal. cap. 68 — alias 67 — Non tamen ipsa vocis magnitudo a caliditate etc.

In Christi nomine Amen. 1670 die Lunae 11. mensis Augusti hora 13 in Excellentissimo Collegio Veneto almi Gymnasii Patavini ad praesentiam Ill^{mi} domini Simeonis Corfinii dignissimi vicesyndici Magnificae universitatis dominorum Artistarum... dominus Esaias Waldmann Geyger Posonio Hungarus... fuit per eundem Illustrissimum dominum pro-praesidem doctor in dictis facultatibus pronuntiatus; etc.

(Arch. Ant. Univ. Patavinae vol. 281. fol. 126—127.)

91.

Padova, 24. Iulii 1685.

Doctoratus in medicina Ignatii Iacobi Schaidenberger de Komárom.

1685 die Mercurii 18. mensis Iulii. Coram Ill^{mo} domino Georgio a Turre dignissimo praeside comparuit Excellentissimus dominus Michael Angelus Molinetus promotor et praesentavit dominum Ignatium Iacobum Schaidemperger Ungarum Comaromiensem, filium quondam domini Georgii, asserens esse sufficientem in philosophia et medicina, reverenterque petiit si possit promoveri pro die Martis 24. mensis currentis, hora 12 ac instetit assignari puncta in utraque facultate pro subeundo examine, cum integra solutione, ut moris est; etc.

1685 die Lunae 23. mensis Iulii. Puncta domini Schaidemperger, in utraque:

Cap. de sub[a]. Substantia alia prima, alia secunda, prima proprie etc.

In prima primi Avic. doct. 3[a] cap. 3°. Praeterea sciendum est, quod caliditas post tempus contistendi, minui incipit etc.

In Christi nomine Amen 1685 indictione 8[a] die Martis 24. mensis Iulii, hora 12 in Excellentissimo Collegio auctoritate Veneta almi gymnasii Patavini, cum praesentia Ill[mi] Francisci Xaverii Fiorini Fluminensi dignissimi pro-syndici... dominus Ignatius Iacobus Schaidemperger Ungarus Comaromiensis... fuit per eundem Illustrissimum dominum praesidem doctor in utraque facultate pronuntiatus; etc.

(Arch. Ant. Univ. Patavinae vol. 284. fol. 73—74.)

92.

Padova, 10. Novembris 1689.

Doctoratus in iure Georgii Christophori Kessler de Kismarton.

Die 8. Novembris 1689. Comparuit D. Georgius Christophorus Kessler Ungarus Eisenstadiensis, filius domini Ioannis Georgii et cum intendat suum subire examen in utroque iure pro laurea doctorali obtinenda die Iovis, quae erit 10. currentis, hora 15. circiter, induxit in testes se esse catholicum et bonum Christi fidelem dominum . . . et dominum . . . bidellum Germanum.

Die 10. mensis Novembris 1689. Suprascriptus D. Georgius Christophorus Kessler facta in Sacro Collegio punctorum recitatione, fuit examinatus, suffragatus ac nemine poenitus [contradicente] fuit approbatus et pronuntiatus I. U. Doctor.

(Arch. cap. Patavini. Dottorati vol. 1686—96.)

93.

Padova, 18. Augusti 1702.

Doctoratus in medicina Ioannis Leopoldi Payer de Sopron.

1702 die Mercurii 16. mensis Augusti. Coram Ill[mo] domino abbate Fardella dignissimo praeside... comparuit Excellentissimus dominus Viscardi et nomine Excellentissimi domini Molinetti promotoris praesentavit . . . ac instetit pro die Veneris hora 12 . . . item coram... nomine proprio praesentavit dominum Ioannem Leopoldum Payer Sempronio Hungarum, filium quondam domini Ioannis, asserens esse sufficientem in philosophia et medicina,

reverenterque petiit pro dicta die et hora, iuxta formam ducalium, cum integra; etc.

1702 die Iovis 17. mensis Augusti. Puncta dicti Ioannis Leopoldi Payer in utraque sorte:

In p^{o} post. tex. 62. Non est igitur demonstratio corruptibilium, neque scientia.

Ex libro Aph. sect. p^{a} Aph. 8. Quando morbus in suo vigore constiterit, tunc etc.

